In Retractu in vim Bullarum Sixti & Leonis, an requiratur quòd domus aliuſquè locus abſquè intermedio ſit contiguus;in.§. 7. in.3. not.num.8 fol.92
Retractus, an & quando in vim Bullarum,locum habeat in locationibus,ſicut in venditionibus,& quid in venditionibus cum pacto de retrouendendo,in permutatione,in ſolutum datione, in dote, in venditione ſub haſta, & iis ſimil. inſtrumentis; Poſt. §. fi. in Quæſt.12.per totum. fol.148
Retrahens domum,an ſuam eo tempore habitare teneatur; in .§. 4. in 3.not.num.5. fol.53
Retrahens domum,an teneatur oſtendere dominium ſuæ domus; in.§.4.in 3.Not.ſub num.7 fol.56
Retrahens domum,& alium locum,qui infrà annum per plures manus translatus fuit,quia ab vltimo emptore recipi debet,ad quale precium teneatur,ſi diuerſa ſumma venditus fuerit?remiſſiuè. in .§.7.in 4.Not.ſub nu.9.in fi. fol.96
Retrahens domũ contiguã,an pro incorporatione facienda ſufficiat arma,& inſignia ſuprà eius portã imponere,vel hoſtiũ in pariete intermedio cõſtruere,vel quid ſimile facere;Et quid ſit incorporare,Suo loco, Incorporare.
Retrahens domum, & alium locum, an teneatur ad expenſas per prædeceſſores emptores factas,&ad alias,proſenetis & notariis erogatas,& ſimiles;Poſt.§.fi.in Quæſt.20 fol.165
Retrahens domum contiguam ſub aliena Parrocchia exiſtentem,ac vnicam & incorporatam effectam, cui ex iis duabus Parrocchiis ſuppoſitus dicatur;Poſt.§.fi.in Quæſt.21 fol.168
Reſponſiones,& cenſus,non circumſcribuntur loco,cum ſint Iura;& inter immobilia computantur;Poſt.§.fi.in Quæſt.10 fol.146
Rogationes Principis,pcepta reputantur;in.§.1.in 2.not.nu 6. fol.38
Roma,eſt Orbis in Vrbe,quæ Nationum obtinet Principatum, vbi prius caput ſuperſtitionis erat,hodiè caput Sanctitatis dicitur; in Princ.Bul.in 3.not.nu.17. fol.25

S

SALTEM &) dictiones, de quibus in Bulla Sixti iiij.in.§.7.quo-
Sic,) modo accipiantur,& de illa dictione, ſic, dicitur etiam;In.§.5.in 1.not.num.1.fol.62.& de natura aliarum dictionum in genere;in eodem.§.7.in 1.not.ſub num.2. fol.80

Sedes,multis modis dicitur,ſed Pontificia Romana prima eſt,auctoritate & dignitate,licèt Antiocena fuerit in tempore prior, ac de aliquibus Titulis Papæ,remisſiuè;In Princ.Bul.in 4.not.nu.18 fol.26

Sedimen,plateola,) de quibus in Bul.Sixti iiii.quomodo differunt;
Solum,& locus,) in.§.1.in 3.not.ſub nu.8 fol.32

Scire aliquid,quando quis dicatur;Poſt.§.fi.in Quæſt. 6. ſub num. 3 & ſub num.4. fol.128.& 131

Scientia,quid indiuiduum dicitur in caſu Bullarum Sixti,& Leonis; Poſt.§.fi.in Quæſt.7 fol.141

Scientia dupplex,in caſu earundem Bullarum;Poſt .§. fi . in Quæſt. 6. ſub num.3.& 6. fol.128.& 134

Inter Scire & ignorare datur medium,quod triplici modo conſideratur;Poſt.§.fi.in Quæſt.6.ſub nu.6. fol.136

Scientia,de qua Poſt.§.fi.in Quæſt.6.Tutoris & Curatoris an noceat pupillo,vt ad Retractum venire nõ posſit, ac posſit dicere ſciui vt talis,nõ autem vt Tutor, Poſt.§.fi.in Quæſt.7 fol.141

Scientia ſimplex,& generalis venditionis factæ,in caſu Bullarum ad conſtituendum quem in mora anni ad retrahendum deſtinati, ſufficere videtur;Poſt.§.fi.in Quæſt.6.nu.3.& ſeq. fol.129

Scientia vicini,an,quando,& quomodo requiratur, ſi domus aliusuè locus alteri venditur, nè vicinus ipſe ad Retractum venire posſit;Et quanto tempore Ius per Bullas præſcribatur; Poſt .§. fi. in Quæſt.6.num.3.& 7. fol.128.& 138

Spes decoris,adiacentia,& indigentia,de quibus in Bulla Sixti,quomodo conſiderandæ in vicinis;in.§.5.in 1.Not.ſub nu.1 fol.62

Statuere, &) quid ſignificant;in.§.2.in 2.not.num.5 fol.36
Ordinare,)

Statuta à Principe confirmata,cenſentur eſſe ipſius Principis;in.§.10 in vni not.ſub nu.1 fol.108

Sub prohibitione alienationis,prohibitio neceſſaria non venit; in.§. 4.in 3.not.nu.9 fol.58

Subtilitas ſola,reprobatur,cum parum proſit,niſi in ſcolis; in Princ. Bul.num.1 fol.16

Suſcipiens onus intimandi vicinis, licèt intimatio neceſſaria non ſit, debet tamen cum omnibus qualitatibus intimare; Poſt .§. fi. in Quæſt.6.ſub num.3 fol.129

T

TEmerarius, &) quid ſit;in.§.13.in 1.not.ſub nu.1 fol.115
Temeritas,)

Tempus Datæ Literarum Apoſtolicarum, an debeat ſcribi extensè, vel breuiatè? remisſiuè;in §.fi.in 2.not.ſub num. 1 fol.117

Tempus ad retrahendum an ei currat ,cui venditio denũciata fuit ſub certo precio,quod deindè falſum fuerit repertum;in.§.7.in.5. not.num.11. fol.97

Termini

Termini Prouinciarum, Ciuitatum, & Parrocchiarum limitati ſunt, & quo tempore hoc actum ſit; Poſt. §. fi. in Quæſt. 21. nu. 1 fol. 168

Teſtator non poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento locum habeant, ſed conformari cum Iuris diſpoſitione; In. §. 4. in 3. not. ſub num. 8. & ſub num. 9 fol. 57. & ſeq.

Translatio domicilii quotidiè fieri ſolet; Poſt. §. fi in Quæſt. 21. ſub num. 1 fol. 169

Tribunal Aedilium Curatorum Viarum Vrbis, an ſemper in Capitolio ſit, & an de eius membris, vel Cameræ Apoſtolicæ dicatur; Poſt. §. fi. in Quæſt. prima, fol. 118

Coram eodem Tribunali via monitionis & inhibitionis proceditur, exceptis cauſis Ieſtitum domorum, mercedis, Viarum pauimentationis, ac petitionis factæ in locis differentiæ; Poſt. §. fi. in Quæſt. prima, in fi. fol. 121

Tutela filii, ſicut defertur Matri, & alteri prius data tollitur, ſi infrà tempus Mater petierit, ità & domus aliusquè locus alteri quàm vicino venditus, vicino conceditur; ſi in tempore venerit ad Retractum, à die ſcientiæ ſemper intelligendo; in §. 7. in 6. not. ſub num. 13 fol. 103

V

VBI Ius quæſitum eſt, actus ſubſequens non videtur præiudicare; Poſt. §. fi. in Quæſt. 13 fol. 154

Vbi eſt eadem ratio, non dicitur extentio, ſed eadē diſpoſitio, & quædam alia ſuper eadem ratione, & mente; in. §. 7. in 1. not. nu. 2 fol. 78

Vendens vicino, an ſatisfecerit Bullæ Sixti iiii. ità vt ſi vicinior inſurgat, poſſit emptionem reſcindere; in. §. 4. in 3. not. ſub nu. 6 fol. 55

Venditio facta aliis quàm vicino, An ſit nulla ipſo Iure, à principio, vel veniat annullanda, inſtante vicino; in. §. 7. in 2. not. ſub nu. 5 fol. 87

Verbum habere, quomodo accipiatur; in. §. 4. in 3. not. nu. 6 fol. 53

Verbum, putauerit, an ſignificet arbitrium; in. §. 4. in 4. not. nu. 11 fol. 61

Verbum teneantur, præceptiuū eſt, maximè ſi verbo debeat, iungatur; quod neceſſitatem importat; in. §. 7. in 2. not. nu. 5 fol. 88

Verbum volo, quid ſignificet; Poſt. §. fi. in Quæſt. 15. in fi. fol. 158

Verba ſiequè decori, aut ſaltem commoditati, poſita in Bul. Sixti, in §. 7. quomodo accipiantur; in eodem. §. 7. in 2. not. nu. 2 fol. 80

Verba Bullæ Sixti, in §. 5. ibi, aut eorum alteri, quomodo accipiantur; in eodem. §. 5. in 2. not. num. 3. fol. 65. vbi per errorem, eſt fol. 55

Verbum videbitur, &)) quid ſignificant; in. §. 3. in 3. not. nu. 3 fol. 46
Verbum prouidere, ,)

Verba Reſcripti Principis, procedat vt petitur, & iuſtitiam faciat, quomodo intelligantur; in Princ. Bul. nu. 8 fol. 20

Verba Statuti propriè accipiuntur, ſed quandoquè fauore publico à propria ſignificatione licet recedere, retenta mente; in. §. 4. in 3. not. num. 7 fol. 56

Veritas, magis per oculum quàm per aures infigitur; in. §. 2. in 3. not. num. 8 fol. 37

Via, quotuplex ſit, vltrà Vulpia. diuiſionem, & de differentia inter viā & ſtratā, & quis in earum conſtructione contribuat; in. §. 1. in. 1. not. num. 1. cum tribus ſeq. & quid ſi aliqui vicini ſoluendo non

ſint

ſint, & via deſtructa, ſi noua conſtruatur cui dari debeat? & de eius menſuratione, ibidem ſub nu. 5 fol. 27. vſquè ad 30
Via vicinalis, & riuus aquæ, ſeparationem confinium non inducunt; in. §. 7. in 3. not. ſub nu. 8 fol. 92
Via, Porta, & Ciuitas Pia, & Angelica Vrbis, à nomine Baptiſmali, & Pontificio, à Pio Papa iiij. denominata, quæ denominatio de Iure fieri poteſt; in Princ. Bul. ſub nu. 9 fol. 23
Vicinia, an habeat Ius collectandi; in. §. 2. in. 3. not. ſub nu. 8 fol. 38
Vicinus, quomodo accipiatur; in. §. 4. in 3. not. ſub num. 6 fol 55
Vicinus an ad emendum domum contiguam ad inſtantiam alterius vicini per Magiſtratum Vrbis Aedilium cogatur, ſicut ad vendendum domum locari ſolitam cogi poteſt; Poſt. §. fi. in Quæſt. 2 fol. 121
Vicinus negando monitorium ſibi præſentatum, ſi pro æxtimanda domo æxtimatorem elegit, an teneatur ad expenſas litis, ſi contrà eum fuerit pronunciatum; Poſt. §. fi. in Quæſt. 19 fol. 164
Vicinus fauore publico, Inquilinus verò priuato Iure, in Retractu domus contiguæ nititur; Poſt. §. fi. in Quæſt. 9 fol. 145
Vicinus ſi in maiori parte domus confinat, & cohæreat, quàm alius, ſed cum quo aliud vinculum cōcurrat, vel ſi ex diuiſione domus petitæ Vrbs deformetur, vel domus indiuiſibilis fuerit, quid agendum? remiſſiuè; in. §. 5. in 2. not. ſub nu. 2. fol. 65. vbi per errorem, eſt fol. 55
Viſio loci differentiæ, magnæ eſt importantiæ in decidendis cauſis; in. §. 2. in 3. Not. nu. 7. fol. 37. vbi per errorem, eſt fol. 3
In Viſione loci differentiæ, cum quælibet pars actor & reus ſit, terminus communis ad probandū aſſignatur; in. §. 2. in 3. Not. ſub nu. 8. fol. 39
Voluntas Principis dupplex, in lege, vna nunciatiua, altera diſpoſitiua; in. §. 13. in 1. not. ſub num. 1. fol. 114. Et in hominibus ſimiliter dupplex, abſoluta, & regulata; in. §. 7. in 2. not. ſub num. 5. fol. 86. Alibi verò dicitur triplicem eſſe, conceptam, prolatam, & ſcriptā, remiſſiuè; In eodem §. 13. ſub d. num. 1 in d. fol. 114
Vota, multa ſunt; in. §. 9. in 1. not. num. 1 fol. 106
Vtilitas publica, priuatæ præfertur; in. §. 2. in. 1. not. nu. 1 fol. 33
Vtilitas, quatuor modis dicitur; in eodem loco, ſub nu. 1. fol. 34
Vtiles & neceſſariæ domus, de quibus in Bulla Sixti iiii. quæ dicantur; in. §. 4. in 3. not. num. 4 fol. 53
In Vrbe venditio rerum Eccleſiæ à Magiſtratu Aedilium Curatorum Viarum in vim Bullarum facta, non requirit licentiam, Si in euidētem, vulgariter nuncupatam; in. §. 2. in 6. not. ſub num. 12 fol. 43
In Vrbe ſeruatur præcipuè Ius competens vicinis, deindè Ius Inquilinatus; In Princ. Bul. nu. 4. fol. 19

BVLLA SIXTI PAPAE QVARTI.

De ædificiis, & nouis operibus conſtruendis, ad decorem Vrbis.

SIXTVS Epus Seruus Seruoꝝ Dei, Ad perpetuã Rei Memoriam.

ETSI de cunctarum Ciuitatum temporali Dominio Romanæ Eccleſiæ ſubiectarum, Decore, & Venuſtate cogitare nos deceat; ad noſtrã tamen Almam Vrbem Apoſtolorum Petri, & Pauli glorioſo Martyrij cruore Domino noſtro IESV CHRISTO conſecratam, Ciuitatem Sacerdotalem, & Regiam, eiuſq; Decorem, & Venuſtatem, tantò accuratius aciem noſtræ conſiderationis extendere nos conuenit, quantò illa caput eſt Orbis, & Altiſsimus in ea Sacerdotii principatum, & Chriſtianæ Religionis caput inſtituit, & ſui Vicarii Sedem, ad quam de vniuerſis Mundi partibus CHRISTI fideles confluunt, in numero copioſo, voluit collocari. Princ. Bul.

CVM ITAQVE Viæ, & Stratæ publicæ eiuſdem Vrbis, in pleriſquè locis, cauſantibus porticibus, profellis, & aliis variis ædificiis domorum ſitarum iuxtà illas, adeò arctæ exiſtant, vt per eas commodè deambulari, & neceſſaria ad victum multitudinis Ciuium Romanorum, & Curialium, ac aliorum in ipſa Vrbe habitãtium, & confluentium ad eandem, pręſertim temporibus Indulgentiarum Anni Iubilei, & aliarum conceſſarum per nos, & prędeceſſores noſtros Romanos Pontifices, viſitantium Apoſtolorum præfatorum Baſilicas, & alias eiuſdem Vrbis Eccleſias, deferri cõmodè nequeant, & in quibuſdam locis vix ſingulariter ſinguli equeſtres ſe obuiantes, in eis tranſire poſsint per eaſdem, idquè cedat in nõ modicam eiuſdem Vrbis deformitatem, ac Ciuium, Curialium, & confluentium prædictorum incommoditatem. Et propterea Nos habita ſuper iis deliberatione matura decreuimus, Vias ipſas, præſertim, quæ magis frequentantur, & principaliores exiſtunt, ampliari, ac porticus, & impedimenta prędicta, quibus ſic arctantur, amoueri, & lateribus oportunè pauimentari; iamquè opus ipſum cęptum ſit Primus. §.

quorumlibet, & illorum qui tàm ſalubri Publico bono, indirectè, modo præmiſſo ſe opponunt, duritiem, Superioris Auctoritate, & æqua ordinatione, comprimi: Ac volentes propterea ſuper iis omnibus, oportunum adhibere remedium: Motu proprio, non ad alicuius nobis (ſuper hoc) oblatę petitionis inſtātiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa noſtra ſcientia, & de plenitudine Poteſtatis Apoſtolicæ, hac, in perpetuum, valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quòd venerabilis frater Guilielmus Epiſcopus Oſtienſis, Camerarius noſter, præfati Franciſcus & Baptiſta, ac ipſorum Epiſcopi, Franciſci, & Baptiſtæ in Camerariatus noſtri, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis, ac Magiſtratus ędificiorum Vrbis Officiis reſpectiuè ſucceſſores, qui pro tempore erunt perpetuis futuris temporibus, ad requiſitionem dominorum domorum quarum porticus, proſella, ſeù alia ædificia pro viis, ſeù Plateis, & aliis locis Publicis eiuſdem Vrbis hactenus diruta fuerint, & dirui contigeret in futurum; quandocunquè, de Mandato Magiſtrorum eorundem, ſi Domini prædicti in domibus ipſis inhabitare ſoliti erant, antè demolitionem eandem, & tempore demolitionis huiuſmodi factæ, & quàm fieri contigeret in futurum, abſquè dolo & fraude inhabitabant, & in poſterum inhabitabunt: Et propter huiuſmodi iam factam & quę fieret, domus ipſæ effectæ ſint, vel efficerentur in poſterum pro eorundem Dominorum ipſarum commoda receptione, & inhabitatione incapaces. Sintquè iuxtà eas aliquæ domus per earū Dominos minimè inhabitari ſolitæ, ſed pro earum annua reſponſione, vel aliàs locari conſuetæ, ex quarum coniunctione cum domo huiuſmodi ſic incommoda effecta, Domino domus ſic incommodę effectæ, aduerſus incommoditatem huiuſmodi ſubueniri valeat, teneantur & debeant compellere illos, ad quos domus ipſas ſic vicinas legitimè eis pertinere conſtabit, etiam ſi ad Eccleſias, & Monaſteria, tàm virorum quàm Mulierum, Ordinum quorumcunquè, etiam exemptorum, necnon Beneficia Eccleſiaſtica, Hoſpitalia, & loca pia pertineret, ad vendendum eaſdem domos vicinas, quas inhabitari ſoliti nō ſūt, Dominis domorum cōtiguarum, quas ſic incommodas effectas eſſe cognouerint, pro precio per duos probos, & expertos Viros, per vtranquè partem eligendos, determinando, & declarando: Si verò, ii duo, concordes in eodem aſsignando precio nō eſſent, eò casū ipſi Camerarius, & Magiſtri Aedificiorum præfatæ Vrbis, habito ipſorū duorum Iudicio, precia eadem imponere, & aſsignare habeant.

ET SI FORSAN contingeret, ex demolitione huiuſmodi, duas domos ſic per earum Dominos inhabitatas, incōmodas modo prædicto effici, & inter eas eſſe aliam domum per illius Domi Tertius.

num locari ſolitam; quam quilibet vicinarum domorum prædictarum incommoditati ſubiacentium, & ad receptionem ipſorum non ſufficientium, ſibi vendi, & ſuæ domui incorporari poſtularet, debeāt Camerarius, & Magiſtri præfati illi ex eis ſic petentibus, venditionem huiuſmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda cognouerint: Et ſi forſan vterque æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri (ſi commode vendi poterit) vendi faciant, aut aliter deſuper prouideant, pro vt eis videbitur expedire: Et ſi in neutra domorum vicinarum, quæ ſic inutiles iam effectę forent, ex demolitione prædicta, vel efficerentur in futurum, earum Domini habitarent, ſed eas locari ſoliti eſſent, liceat etiam tunc Camerario & Magiſtris præfatis (ſi id petatur per alterum Dominorum earundem) domum, quam maiora incommoda paſſam eſſe cognouerint, Domino alterius domus magis læſæ, ſi emere voluerit, vendi facere modo prædicto, & illo inſtante Domino domus magis læſę, ad id compellere, & ſimiliter Dominum domus econtrà minus læſę, ad emendum domum magis læſam, aut ſuam Domino domus minus læſæ vendendum, compellere; ſeù aliàs, pro vt eis videbitur, p̄uidere quòd ambæ domus ipſę inutiles & inhabitabiles non remaneant; & ſimiliter, prout eis videbitur, prouidere teneantur quoties domus ipſæ ſic vicinæ, & locari ſolitæ æqualiter læſæ, & incommodę effectæ forent.

Quar. §. ET NE OB PROTERVIAM, & duritiem Dominorum domorum, ſine quarum demolitiōe Plateæ in eadem Vrbe neceſſariæ & vtiles, ad illius Decorem, de nouo ordinari, vel iam ordinatæ ampliari commodè nequeant, Platearum earundem ordinatio, & ampliatio, ac Palatiorum & domorum de nouo conſtructio, ſeù reformatio retardetur eis; Motu, & ſcientia, ac auctoritate, & poteſtate ſtatuimus, quòd Camerarius & Magiſtri pręfati poſſint, & debeant Dominos domorum quarumlibet locari, nō autem per ipſos met inhabitari ſolitarum, Eccleſiaſticos, & ſeculares quacunquè dignitate fungentes compellere, ad vendendum Conſeruatoribus, ſeù Sindico eiuſdem Vrbis, domus, quas Camerarius, & Magiſtri præfati, neceſſarias, & vtiles eſſe cognouerint, pro huiuſmodi Plateis de nouo ordinandis, & antiquis reformandis, & ampliandis, pro iuſto, & rationabili precio (vt præmittitur) imponendo. Et ſimiliter ad vendendum domos huiuſmodi per eos inhabitari minimè ſolitas, ſed locari, quas vtiles & neceſſarias eſſe putauerint, pro Palatiis, domibus, ſeù aliis Aedificiis tàm profanis quàm Eccleſiaſticis; in eadem Vrbe de nouo conſtruendis, ſeù iam conſtructis ampliandis, perſonis habentibus iuxtà illas, domum, ſeù ſolum, aut locum alium, & volentibus inibi de nouo domos, vel Palatia con

ſtruere, ſeù iam conſtructa ampliare, pro iuſto & rationabili pretio (vt præfertur taxando) . ET INTER DVOS, ſeù plures, ſic ædificare, ſeù ampliare volentes, & pro huiuſmodi venditione eis fienda ad effectum præmiſſum inſtantes, illamquè eis fieri petentes, ille præferatur, cui domus, Platea, ſeù locus, de cuius venditiõe ageretur, magis adiaceret, ſeù qui illo magis indigeret, & ex cuius Aedificio plus decori eiuſdem Vrbis conſuli ſperaretur; & ſi in omnibus paritas foret, liceat Camerario & Magiſtris præfatis venditiõem huiuſmodi pro parte vni, & pro parte alteri, fieri mandare, aut eorũ alteri, pro ut eis videbitur. Et in ſingulis caſibus prædictis, in quibus volumus quòd Camerarius & Magiſtri præfati compellere poſsint aliquos ad vendendum, ſi illi ad quos pertineret, moniti & requiſiti per Camerarium, & Magiſtros pręfatos, bis cum termino conuenienti, eorum arbitrio moderando, vendere recuſauerint, aut malitioſè diſtulerint, præfati Camerarius & Magiſtri debeant vicè & nominę illorum ſic requiſitorum & recuſantium, vel differentium venditionem huiuſmodi facere, cum promiſsionibus, obligationibus, pęnis, renunciationibus, iuramento, pactis, & clauſulis conſuetis, & preciũ inde proueniens recipere, & penès ædem ſacram, aut fide & facultatibus idoneam perſonã deponere, Dominis domus, ſeù alterius loci ſic per eos pro tempore venditi, ſi venditionem ipſam ratam habere, & fideiuſſores de euictione præſtare voluerint, & non aliàs, conſignãdi; habeantquè venditiones ipſæ, quas ſic per Camerarium, & Magiſtros fieri contingeret, & traditiones locorum & domorum ſic venditorum plenam roboris firmitatem, ac ſi per illos ad quos domus ipſæ tunc pertinebunt, fierent, & eoſdem penitus & omnino operētur effectus, quos operarent ſi fierēt ab eiſdē. PROVIDEANT autem, Camerarius & Magiſtri pręfati, in caſibus prædictis, in quibus ſtatuimus aliquos compelli debere ad vendendum proponentibus noua Aedificia conſtruere, ſeù iam conſtructa ampliare velle, tales ſic proponentes ante omnia ſe obligent ad inchoandum, & perficiendũ huiuſmodi noua Aedificia, modis, & formis, ac infra tempus, & ſub pęnis, de quibus ipſis Camerario, & Magiſtris, perſonarum & Aedificiorum qualitatē inſpecta, videbitur; & ab illis q ſic ſe obligauerint, & præmiſſa non adimpleuerint, pęnas exigant memoratas; & nihilominus eos compellant ad obſeruandum præmiſſa, per eos, vel quas prius habitabant, & etiam propterea eis venditas domos, aliis ædificare volentibus vendendum, pro iuſto & rationabili precio (vt pfert) moderando. ET QVIA INTERDVM contingit, quòd habentes domos, ſiue domorum ſedimina, clauſtra, ſeù loca in eadem Vrbe, & illa vendere volentes, variis plerunquè modis & occaſionibus, illa

Quitus. §.

Sextus. §.

Septim'. §.

bus, illa vendere recuſant habentibus domos, ſedimina, clauſtra & loca vicina, illiſquè vēdere nolūt, & nonnunquàm illa vendunt æmulis eorundem vicinorum, ſeù perſonis, eis parum gratis, quò fit, vt ipſi domorum clauſtrorum, et ſediminum, ſeù aliorum locorum vicinorum domini, illa emere volentes, et habere nequeuntes retrahantur per ſæpe ab ædificando de nouo in eorum ſediminibus, et locis vicinis, ac ampliando domos quas inibi habent, ſicquè decori eiuſdem Vrbis, aut ſaltem ipſorum vicinorum commoditati non parum detrahitur. Volentes, ſuper hoc, æqua ordinatione prouidere; Motu, ſcientia et auctoritate prędictis, etiam ſtatuimus et ordinamus, quòd præfati ſic vendere volentes, teneantur et debeant domos, ſedimina, clauſtra, plateolas, et loca venalia hu iuſmodi, vendere, habētibus domos, ſedimina, clauſtra, et loca alia, illis cōtigua, pro iuſto et rationabili precio, p alios euidēter et nō fictè forſitan oblato. Et ſi illa aliis quàm vicinis præfatis venderent, venditiones ipſæ (quo ad illos qui emerent, et illorum commodum) nullius ſint roboris vel momenti, et habeantur pro infectis, et perindè ac ſi per illum ex vicinis, cui venditio ipſa, præſentis conſtitutionis vigore, fieri debebat, facta foret; debeant Camerarius et Magiſtri præfati, emētem à poſſeſsione domus, ſediminis, clauſtri, plateolæ, ſeù alterius loci, ſic empti, abſquè vlla tela Iudicii, vicino inſtante et precium rationabile offerente, et dicto emptori, ſi illud recipere et emptioni per eum factæ renunciare, et ipſum vicinum, iuxtà Camerarii et Magiſtrorum prædictorum ordinationē, cautum facere noluerit, perſoluendum deponente, amouere, et ipſū vicinum in illius poſſeſsiōem inducere.

Octau'. §. ET SI FORSAN duo eſſent vicini, quibus domus, clauſtrum, ſedimen, plateola, ſeù alius locus, de cuius venditione ageretur, vtilitatem et commoditatem afferre poſſet, ille ex eis præferri debeat in præmiſsis, quem Camerarius et Magiſtri præfati, conſideratis circunſtantiis vniuerſis, venali domo, ſedimine, clauſtro, ſolo, plateola, ſeù loco alio, magis indigere declarauerint; et ſi æqualiter indigerent, et pro parte vni, et pro parte alteri, poſsit exindè commoditas prouenire, vtriquè proportionabiliter concedatur, ſi verò facta illius diuiſione, portiones vtriuſquè ferè inutiles eſſent, non diuidatur, ſed Camerarius et Magiſtri, alterum eorundem vicinorum, quem voluerint, pręferri faciant, in præmiſsis.

Nonus. §. ET VT EA, quæ ſupra ſtatuta ſunt votiuum ſortiantur effectū, in præmiſsis omnibus et ſingulis, Camerario in Eccleſiaſticas, et ei, ac Magiſtris præfatis in alias perſonas, facultatem et poteſtatem concedimus, ita quòd idem Camerarius per cenſuram eccleſiaſticam, & ipſe, ac Magiſtri præfati per pęnarum, & mulctarum exactionem, ac perſonalem diſtractionem, & alia iuris remedia, cōtradictores quoſlibet, &

bet & rebelles compellere valeãt, ad prǽmiſſa. NON OBSTANTIBVS Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Municipalibus Statutis Vrbis, confirmatione Apoſtolica, vel, qua vis firmitate aliqua vallatis, exemptionibusquè, ac Indultis, Priuilegiis, & Literis Apoſtolicis, necnon interdictis perſonis Eccleſiaſticis bonorum immobilium alienationibus, & præſtitis per eos deſuper iuramentis, à quibus eas abſoluimus, contrariis quibuſcunquè, ſeù ſi aliquibus cõmuniter vel diuiſim à Sede præfatâ indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint, per Literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. VOLVMVS autem, quòd precia domorum, & aliorum bonorum immobilium ad Eccleſias, Monaſteria, & alia Pia loca, huiuſmodi pertinentium, quæ vendi contingeret in poſterum vigore præſentium; penès ædem ſacram, aut fide, & facultatibus idoneam perſonam, cum recognitionibus, obligationibus, & cautelis, etiam in talibus adhiberi ſolitis, deponantur; & in emptionem aliorum bonorum immobiliũ pro eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, & piis locis, omnino conuertantur. QVODQVE Dilecti filii Cameræ eiuſdem Vrbis Conſeruatores, præſentes noſtras Literas in Regiſtrorum, Priuilegiorum, & aliarum ſcripturarum eiuſdẽ Vrbis Libro, in eorum Archiuio ſolito conſeruari, regiſtrari, & illarum tenores in locis Publicis, & conſuetis eiuſdem Vrbis, ſono tubæ præmiſſo, vulgari ſermone publicari, ac præſentes valuis Capitolii triduò, Iuris horis, & alibi, prout Camerario & Magiſtris præfatis viſum fuerit, affigi faciant, vt omnibus, omni tempore facilius innoteſcant. NVLLI Ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrorum Statuti, ordinationis, conceſsionis, abſolutionis, & voluntatis infringere, vel ei, auſu temerario contraire; Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. DATVM Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo, Pridie Calen. Iulii, Pontificatus Noſtri, Anno Nono.

Decim'. §.

Vndeci. §.

Duodecimus. §.

Tertiuſdecimus. §.

Quartuſdecimus, & vltimus. §.

L. Griſius.

De Curia.

P. De Monte.

TRACTATVS.

IVRIS PROTOMISEOS,

SIVE CONGRVI,

M. Ant. Bardi, I. V. D. Seneñ.

PROHEMIVM.

*

TRACTATVRVS Materiam Iuris Protomiſeos, ſiue Congrui, ſuper Literis Apoſtolicis, ad Vrbis ornamentum, fauoremquè Vicinorum ædificare volentium, editis; Capio † Literas SIXTI PAPAE IIII, in forma Bullę, ſub Rub. De ædificiis, & nouis operibus conſtruendis, ad decorem Vrbis (tanquàm Ius originarium huius materię, in eadem Vrbe) nec ſuper aliis cõfirmatoriis Literis LEONIS Papæ X. ac aliorum Pont. aliqua deſcribere inconueniens erit, in quibus omnibus per modum Notabilium, inſertionequè quorundam Quæſitorum procedam; & ſi non omnia Quæſtionum quæſita proponentur, ſaltim ex principalioribus erunt, quæ apud Tribunal Magnificorum & Nobilium DD. Aedilium Curul. Curatorum, ſeù Magiſtrorum Viarum Vrbis, verſantur; ac etiam, ſi non ad partes examinabuntur, ad minus Deciſiones, iuxtà dicti Officii ſtilum, apponentur, quas (prout in fine huius Tractatus annotabo) receptas eſſe intendo, & non aliter; & eas, etiam pro maiori parte à verbis Bullę prouenientes, ſub .§. 4. incip. & ne ob proteruiam, & in .§. 7. incip. & qa interdum, collocabo. Poſt verò §. fi. ſubiiciam alias quæſtiones, non ab huius Bullæ verbis, ſed forſan à mente dependentes, licèt etiam apud Tribunal eorundem Magiſtrorũ verſentur, vnà cum aliis ab altera Bulla Leo. X. & Decreto Camerali prouenientibus, ideo eas in fine poſui, vltra alias

1 Quid, in hoc gue tractet.

tra alias incidentes, ſparſim ſub variis huius Bullæ locis, deſcriptas: Similiter incidenter, ſparſimquè aliqua, in Noui Operis Nunciationis, & Seruitutum materia, ſuiſq; ſpeciebus, vel ab ipſa dependente, ſeù quandam ſimilitudinem habente, vt damni infecti, aquæ pluuiæ arcendæ, finium regundorum, & ſimilium (ſi veniet in propoſito) inſeram; quæ potius eundem ſtilum Officii præfatorum Magiſtrorũ quàm ipſarum Nunciationum Seruitutum, & dependentium declarationem, reſpicient; cum hæc, intentio mea principalis non fuerit; Vna enim ipſarum, ab antiquis & modernis Repetentibus in dictis Titulis enodatur, alteraquè copioſè, ac diſtinctè à Veroneñ. in ſuo Seruitutũ Libro, tractatur; prædictaſquè Literas in forma Bullæ, ac illas in forma Motus Proprii, Officium, ac Facultatem eorundem Magiſtrorum reſpicientes, vnà cum Decreto Reuerendiſs. Cameræ Appoſtolicæ, & aliis Literis, cum diſtinctione, & diuiſione ipſarum per paragraphos (ob faciliorem intellectum, lociquè aſsignationem, de eis faciendam, tàm à me in præſenti Opere, quàm ab aliis, de aliquo. §. particulari) hic conſcripſi, & annotaui; illaſquè hucuſquè repertas, imprimi, ac in fine Declarationis huius Bullæ apponi facere, volui; cum omnes non reperiantur impreſſæ, vnà cum eiuſdem Magiſtratus ſuorumq; Officialiũ breui Deſcriptione, in octo Cap. diſtincta; licèt à præſenti Tractatu eadem Deſcriptio, & Facultates, ad libitum ſeparari, & vniri, cum eodem etiam poſsint.

CVM Aſsederim itaq;, in vrbe Rom. per multos Annos præfato Magiſtratui, coràm quo, varii Caſus in vim Sixtinæ, & Leoninæ Bullarum occurriſsent, ex quibus hæc ſolùm pro nũc, notare volui: cætera verò, aliàs forsàn conſcribam, cum hìc, dũm eodem Officio aſsideo, aliqua omittere voluerim, Et ſiquid fortè inueniatur quòd extrà Materiam Iuris Protomis. ac extrà Stilum Magiſtratus eiuſdẽ, & ẽt extrà ordinẽ forsàn in Tractatibus ſeruari ſolitum, qui eſt, vt tractetur ſolùm Materia in Tractatu propoſita, hoc tamen eueniet, cũ iſte proprius Tractatus Iuris Protomis. non ſit, ſed etiam Commentum Bullæ Sixtinæ, in quo (vltrà Praxim Tribunalis) etiam aliquid interpretatiuum verborum (morè legentium) ſubiiciam, pro vt multi etiam aliquem Tractatum proponentes, nihilominus cõmentum aliquod cõficiunt, vt inter alios, Fran. Cur. in ſuo Tract. De Iureiuran. prop. calumn. in quo Leges Codicis, ſub dicto Titulo, etiã interpretatur. Sed hæc, in quantum potero (ne hoc opuſculum protraham) remiſsiuè, narrabo.

PRAEFATVS † enim Magiſtratus Nobiliſsimus, Antiquiſſimuſquè dicitur, de cuius Nobilitate Antiquitate, ac etiam cura, vltrà narrata in hoc Tract. etiam referam in modum Summę, infinequè

2 Officium curatorum ſeu Magiſtrorũ ædificiorum & Viarũ vr. Nobiliſs. & Antiquiſsimum.

B eiuſdem

eiuſdem cum ſupradictis Facultatibus cōgeram, in allegata breui Magiſtratus Deſcriptione, in Cap. Primo, & aliis Cap. ſequen.

SED CVM in Vrbe idem Magiſtratus & tempore Sūmorum. Ponti. eſſet ferè in deſuetudinem habitus, vel inordinatè forsàn diſtributus, MARTINVS deindè Papa Quintus, ipſum (quodāmodo) erexit, ac iuxtà illam antiquam inſtitutionem, Auctoritate Apoſtolica renouauit, ſuſcitauit, reintegrauit, atq; reſtituit, cum poteſtate per uiam Regiam procedendi, vt eius Literæ Apoſtolicæ in forma Bullæ, in fine præſentis Tractatus in ordine, primæ, cum aliis impreſsis Literis, teſtantur; ab aliiſquè Pont. in diem confirmatus exſtit, qui duobus Patritiis Romanis, à Pontifice, Vrbis Principe, cō donatur, quos Aediles Curules eſſe conſtat, ex. l. Aediles curules. ff. de via pub. & iis temporibus Aediles Curul. Magiſtri Viarum Aedificiorum, aliorumquè locorum Publicorum, & Priuatorū Almę Vrbis, eiusquè Diſtrictus in ſcripturis denominantur, vt etiam eorum Notarius continuè in documentis teſtatur (licèt vulgariter Magiſtri Viarum ſolùm denominentur) quorum Curam, partim conſcribit Vlpia. in. d. l. Aediles Curules, quæ eſt. l. 4. ff. de via pub. cum concordan. partimquè per Bullas, & Motus proprios Diuerſorum Pont. ac ex conſuetudine; qui curam habent nè vllus Artifex cum ſuis mercimoniis Plateas, & vias occupet, eas ſternendo, vltrà ſolitam mēſuram, & filum rectum, quæ conſuetudo etiam in Iure fundari dicit, ad not. in. l. Lectos, per illum tex. ff. de peric. & commo. rei vendi. Ac etiam nè quis ędificando, ſolum Publicum abſq; licētia occupet, aliàs deſtrui poſſet, ad . §. deinde competens, cum glo. in ver. domum, in AuctEn. de manda. prin. nihilominus quandoquè deſtrui non faciunt, maximè inter priuatos, quia licèt multa fieri prohibeātur, tamē facta, propter auctoritatem ſeruandæ pacis, ſcandalaquè obuianda, tenent; vt in alio caſu dixit Iul. Ferrett. in Tract. de Fer. & indu. mili. nu. 6. & ſeq. Sed apud eundem Magiſtratū, & alibi, compenſari poteſt in pecunia, vel aliter, arbitrio Magiſtratus, conſideratis etiam iis, quæ tradit Boer. in conſ. 5. Chriſti nom. inuoc. Pro ſolutione &c. in fi. & tangam infrà in . §. 5. in. 3. not. nu. 6. in fi.

Cura Magiſtrorum Viarum in parte.

Magniquè honoris eſt iſte Magiſtratus inter patritios Romanos, quia Magiſtri à Magiſtratu, & non à Magiſterio, nuncupantur; cum in Magiſtratu ſoleant adeſſe qui potentiores priuatis ſunt, à magis ideſt valde, & ſterio, vt dicam in dicta Deſcriptione in cap. primo, de qua vocabuli Nobilitate, facit. l. vni. C. de Magiſtris ſcrin. lib. 12. vbi etiā Luc. de Pen. & in eius Rub. & Afflict. in Conſtit. Reg. in Titulis loquen. de Magiſtris, & de ipſis Magiſtris, etiam per Marin. Frec. De ſub Feud. baro. in tit. de off. mag. iuſti. lib. 1. cir. prin. & nu. 8. & 39. & in tit. de Admir.

Magiſtri vnde dicti.

mir.mar.nu.11.eo.lib. & per totum,& alii multi cognominati Magiſtri, vt in dicto Cap.primo referam.

Auctoritatis etiam magnæ eſt, idem Magiſtratus, ac prout dicit Roma. in ſing.777.incip.Pauper,quem ſequitur Cagno.in.l.2. .§. poſt originem,verſ.cumquè conſules, ſub nu. 81. iunctis dictis per Ferdina. Loaz.in.l.filiusfamil § diui,nu.152.cir.fi.ff de leg. 1. allegando aliud ſing.Rom.&.l. ad beſtias.ff.de pen.ac iunctis aliis notatis per Hippol. ſing.470.incip.Habens dumum, quòd poſſunt † Curatores Viarum auctoritate propria deſtrui facere domũ priuati, vt Ciuitas pulcrior efficiatur,& quòd propter pub.vtilitatem pauper compellitur domum quam reficere non poſsit, diuiti vendere, in tantùm,quòd ſi prohibitus eam alienare,iuſsuquè Reip. illam diuiti vendat valebit alienatio (ob neceſſariam venditionem) tantò ergo Magis (Si illud verum eſt) in caſu huius Bullæ Sixtinæ obſtringi poterit, ad vendendam, pro ornamento publico; vbi non extraneo, vt ibi, ſed vicino vendere compellitur, vt in variis locis Tractatus, dicam; Sicut etiam dominus poteſt compelli ad vendendum domũ contiguam, pro ampliatione Eccleſię, & Monaſterii,ad allegata per Gram. in Deciſ.75. Monaſterium, per totum,& Soz.in Tract. Fallen. in Reg.435.Fallen.9.vbi etiam.58.Fallẽtias ponit,ad illã Reg. Quòd nemo cogatur vendere rem ſuam; & dicam etiam infrà in.§.2.in.4. not.ſub nu.8.cum ſeq.& in §. 7.in.2 Not.ſub nu.5.benè etiã Roma. in.l.2.nu.3.vſquè ad nu.22.ff.ſol.mat.in.2.Lect.vbi multas limitationes congerit,& ibi etiam Ang.

3 Proſequitur ſuper cura & auctoritate eiuſdẽ Magiſtratus.

NIMIRVM † ergo eſt, ſi per hanc Bullam à Leone X. cõfirmatam,præfati Domini Magiſtri inſimul cum Illuſtriſs. & Reuerendiſs.Domino ac Protectore meo Colendiss. D. VITELL. Vitellio, Diac.Cardinali, qui de recenti ad S. R. E. Camerariatus Officiũ meritò aſſumptus eſt (& qui, vt PAPAE, ac eiuſdem Eccleſiæ Camerarius, interuenit) Iudices in hoc Iure, in cauſis, non ſolum Laicorum, ſed & Clericorum Eccleſiarum, Piorum locorum quorumcunquè, etiam exemptorum, in prima inſtancia electi, & deputati exiſtunt: de cuius Camerarii Officio & Auctoritate, & Cameræ Apoſtolicæ, per Paui. in Tract. de off. & poteſt Cap. Sed. vacan. in queſt.2.in.1.par.prin.per totum,& c. ad audientiam,& ibi ſcrib.de reſcrip.Pau.de Caſt.in conſi.106. circa ea, Vol.1. Deci.in Conſi. 404. Viſo eleganti,cum aliis concord. & cum nõ ſit in materia propoſita,omitto: de cuius Camerarii, & Camerę Apoſtolicę Auctoritate,& dignitate,alias forsàn conſcribam. In Secunda verò inſtantia (non per viam Appellationis, ſed Recurſus) in ipſa Camera Apoſtol.cauſę cognoſcuntur & deciduntur,vt tangam infra.

4 Cauſæ Iuris protomis. seu cõgrui à quib' cognoſcantur, etiã in Secũda inſtantia.

in .§. 2. in 3. Not. ſub nu.8.& poſt §. fi.in Quæſt. prima.

5 Proceſſus ſolùm à Magiſtris inſtituit & ſententia ab eiſdem & Aud. D. Camer. fertur, in Cur. Capitol. regulariter.

ET tunc, vt in aliis cauſis, coràm Magiſtris tantùm, vertentibus, ipſe † Solus Magiſtratus proceſſum inſtituit, atquè format, vſq; ad ſententiam excluſiuè (vt hoc colligitur ex licentia Raphael. olim Cardinalis.s. Geor. tempore præfati Sixti quarti M CCCCLXXXIII Die penul. meñ. Iulii Anno XII, qui tunc erat S. R. E. Camerarius, & in reliquis, ex permiſsione ſucceſſorum in dicti Camerariatus Officio) ad quam deindè ſententiam proferendam, informato prius D. Auditore & locum tenente præfati D. Camerarii, cõcordi Voto Dominorum Magiſtrorum ac eorum Aſſeſſoris, & Auditoris ad Tribunal eiuſdẽ Magiſtratus in Curia Capitol. fertur ſentẽtia, per eundem D. Auditorem loco Reuerendiſs. D. Card. Camerarii, & per .DD. Magiſtros Viarum, vt dicam poſt §. fi. in prima Quæſtio. ſub nu. 1.

SI verò in Voto diſcordes eſſent, ſiue ante Sententiæ prolationem, ſiue poſt, ad inſtantiam vnius ex litigatoribus obtineretur Cõmiſsio. S. D. N. & quod à Signatura eſſet ordinatum; ſeù quicquid de partium conſenſu fieret, ſeruaretur: Diſcordiam autem voti, inter nos, rarò meo tempore, vidi.

6 D. Cardinalis Camerari⁹ ac Viarũ Præſidens vltrà Cam. Apoſt. præſunt offõ Magiſtrorũ Viarum.

ET in cauſis † publicam vtilitatem concernentibus, circà Platearum, ac Viarum conſtructionem, & ampliationem, præfatus. D. Cardinalis dicto Magiſtratu ſuperior exiſtit, vt Princeps, & Caput Cameræ Apoſtol. Præeſt etiam ſecundo loco (vltrà eandem Cameram) in eiſdem pub. cauſis vnus ex Septem Reuereñ. patribus DD. Præſidentibus & Clericis dictæ Cameræ, qui dicitur Viarũ Præſidens qui ad præſens eſt. R. P. Dominus meus. D. Iulius Sauli, eiuſdem Cameræ Decanus: vt aliàs, etiam ad hoc propoſitum, dixi in altero meo Tract. De Tempore Vtili, & Continuo, in Cap. 14. nu.6. qui nondum (iuxtà votum meum) reuiſus, ac per meam extremam manũ emendatus, dolo forsàn bono, fuit mihi ſubtractus, & ab eo exemplar extractum, ipſumquè deindè impreſſum vidi; Fidelis tamen in hoc ſubtractor fuit, cum aliud Nomen non appoſuerit, quem (vt ocii mihi erit) caſtigatum emittere in altera editione polliceor; Fateorquè ipſum Tractatum, potiſsimam ac præcipuam cauſam editionis præſentis Tractatus Iur. Protomiſ. fuiſſe, vt cum ipſo hanc excuſationem publicam facere licitum mihi foret: Vereor tamen (ne volens Charybdim euitare in Scyllam incidam) vt ſi tẽpeſtiuè illius Tractatus, me in hoc opere excuſare voluerim, hoc ẽt opus, caſtigatum fortè deindè non reperiatur, errorquè hic meus, peior priore alterius, non dicatur; quia ſi iſta, longiori digeſtione decocta fuiſſent, forsàn vtiliora forent, adeò quòd hæc quoq; edi-

Excuſatio in præſẽti opere.

tione

tione altera indigebunt.

Duo † ergo genera cauſarum, vt dixi, coràm ipſo Magiſtratu cognoſcuntur & deciduntur (ipſa breuiter epilogando) vnum, Iuris Congrui competens Vicinis, alterum no.oper.nuncia. & Seruitutum, earumquè ſpecierum, & ab eis depēdentium: Primum vt dixi, à Reuerendiſs.D.Cardinali Camerario, & præfatis DD. Magiſtris inſimul, in vim Sixtinæ & Leoninæ Bullarum, aliorumquè Pontificum: Secundum, à præfato Magiſtratu tantùm cognoſcitur & deciditur, in vim aliarum Literarum MARTINI. V. & aliorum Pont. & in quolibet genere, cum interuentu & conſilio eorũ Aſſeſſoris, & Conſultoris, ſeu Auditoris, in caſibus litigioſis, quorum ego pluribus annis præteritis fui, & ad preſens etiam exiſto. Ac aliqua etiam de eorum Stilo in hac materia tantùm Iuris Protomiſ. in varijs & plerisquè locis huius Tractatus referam, vbi occurrerit, vltrà narrata; cum quædam alia de eodem ſtilo in eadem materia, ac in altera, no. oper. nun. Seruitutum, & ab iis prouenientium, breuiter poſt finem Tractatus, inter Facultates, in Magiſtratus Deſcriptione, conſcribam.

7 Duo genera cauſarum coram Tribunali.DD.Magiſtrorum Viarum Vrb.cognoſcuntur.

Ex Rubrica Bullæ Sixti Papæ. IIII.

De Aedificiis & nouis operibus conſtruendis,

AD DECOREM VRBIS.

HAEC RVB. duas partes continet, prima, materiã aperit, pp dictiõem, de, vt p Car. Pariſ.in conſ.9.Olim, nu.44.vol.2.Bologn.in Rub.ff. ſi cer.pet. nu.3.Pau. oria. in Rub.ff. de off.eius, nu.1. Io.Annib.in Rub.ff.ſol.matr.nu.228.cum ſeq.cum concord.Secũda, ibi, ad Decorem Vrbis, cauſam & rationẽ oſtendit; Materiam quidem dico, & eam proximam, dum dicit De ædificiis, vt in prædictis Rub.& iis ſimil. † ideſt ædificiis iam factis, ad not.in l.3.§. reficere, cum glo.in ver.aliud in fi.ff.de itin. actuquè priua.iuncta.l.1.§. ędificare.ff. de mor.inferen. ac etiam aliam cauſam remotam, dum deindè dicit

Diuiſio Rub.

1 Primus intellect' quo Aedificiũ conſideretur in hac Rub.

de dicit, & nouis operibus conſtruendis, & ſic cauſam futuram, vt in tit. Cōmu. diuidun. famil. hercis. Fini. regun. & ſimil. per verba futuri temporis loquentia, ſeù ſi non verba, ſaltim materia futura conſideretur, vt in Tit. de dan. infec. cum damnum, quod caueri petitur, adhuc non ſit in eſſe deductum, ſed futurum. l. ſi finita. §. 1. ff. eo. tit. & ibi Bar. ac Io. Annib. in Rub. ſol. mat. nu. 234. & de incen. rui. & naufra. vt p Io. Nicol. in. l. generaliter nu. 14. C. de ſecun. nup. Nouū verò opus, futurum hìc intelligemus, ex propria eius ſignificatione, idèo dixit conſtruendis, ad. l. mœniana. C. de ædif. priua. quod opus, ex poſt facto apparet, & non antè, glo. opus in. l. 1. in prin. ff. de no. oper. nu.

Nouū opus.

ET licèt nouum, multis modis accipiatur, vt per glo. in. d. Rub. de no. oper. hìc tamen verificatur in illis operibus, quæ ad Vrbis decorem tendant, ut ſi ſuper duabus domibus iam factis, & ſic ſuper duobus ædificiis, & maximè lautis, ornamēta ſponant, q̄ ex induſtria hominis animoſi pcedūt, ac liberali pposito fiūt Bar. in. l. 1 in. C. de pd. nauic. lib. 11. cum concord. & per Franc. Lucan. in Tract. de Fiſco, in. 3. part. princi. nu. 27. à qua munificentia deinde Vrbs decorata exiſtit. l. 2. eo. tit. de præd. & om. reb. nauicu. illudquè ornamentum etiam cuiquè ædificanti à natura (vltrà ædificium) proprium eſt, ut qui in domo pro ſua ac ſuæ familiæ commoditate, neceſſaria facit, ſpōre etiam ad pub. ornamentum, ac intus & extrà, faciem frontemquè domus ſaltim dealbari, alius incruſtari, & alius pingi procurat, alius quoquè marmoreis columnis, ac lapidicinis, etiam precioſis Statuis, Imaginibus, aliisquè ornamentis, cum Architecti ingenio & arte compoſitis, ac pluris minoriſuè qualitatis ornatus, iuxtà animi nobilitatem & diuitiarum facultatem, quarè hanc hominis naturam Sixtus fauere augereque cupiens, edidit hanc Bullam, ſub dicta Rub. De ædifi. &c.

Aedificare lautè, ex liberali propoſito prouenit.

ET ex prædictis differentia colligitur inter ędificium, & nouum opus, propter illam copulam, de qua tangam infra in. §. 2. incip. nos igitur, in. 3. Not. nu. 4. ac etiam ex ſituatione Cod. In illo tit. de æd. ſ. priua. cui ſequitur titulus de no. oper. nun. cum adductis ibi per ſcriben. & in. l. 1. de no. oper. nun. vbi horum differentia notatur.

Differentia iter ædificiū & nouū op'.

Vel dicatur quòd non loquitur ſolùm de ædif. factis, ſed etiam de faciēdis; ideſt domibus etiam à fundamentis, deinde de nouis oper. ideſt ornamentis ſuper imponendis, ità vt dicta ver. de ædif. & no. oper. regantur à verbo conſtruendis, temporis futuri. Sans ergo eſt notare differentiam inter predicta, quæ etiam apparet ex dictis per Repeten. & moder. in. d. Rub. de no. oper. nunc. cum aliis ſeq. titulis.

Secundus intellectus.

DE ædif. ergo prius etiam dixit, in plurali, cum multa inueniantur, vt per ſcrib. in tit. C. de ædif. priua. & de ædif. pub. hic verò de ædif. ad or-

natum

natum Vrbis intelligitur, vt domus vna, ſeù ædificium, cum altera domo ac ædificio contiguo iungatur, ad hoc vt indè vna maior, ornatior, pulchriorquè domus conſtituatur, opusquè nouum ad decorem ſuper imponatur, cum aliquali pecuniarũ ſummę erogatione, & condemnatione, vt in varijs locis Bullæ, dicam; ideo Archid. in Capi. quidam. 18. q. 2. nu. 1. dixit quòd ædificare eſt ędes facere, in altum ædere, vel cõponere, ſiue in ſolo ſuo quis ędificet, ſiue in publico ex indulgentia Principis, l. ſi legatum §. fines. ff. de oper. pub. iuncta l. 2. & per totum. ff. ne quid in lo. pub. cum alijs, prout in Vrbe Rom. vbi licẽtia. DD. Magiſtrorũ Viarũ exigitur, qbus cura ædificiorum publicorum & priuatorum, Platearum, aliorumquè locorum à Summis Pontificibus honorificè de mandata eſt, quod ſemper intelligitur vt cum incõmodo alterius non fiat ædificium. d. l. 2. §. ſi quis à principe, ne quid in lo. pub. Quod amplia, etiam quòd talis conceſsio ac indulgentia Motu proprio fieret, Abb. in. c. 1. nu. 20. de Iudi. ipſiq; ex viſione loci, deſtruenda deſtrui, & erigenda erigi faciunt, ad. l. 1. in totum. C. de ædif. priua. vbi Saly c. & alij. Aedificare, quid. Licentia ædificandi in publico, ſemp absquè incõmodo alteri' intelligitur.

Pro cuius ædificij intelligentia, Vnũ ſingulariter notatur, quòd † Murus in quo lapis ſuper lapidem poſitus ſit, abſq; calce & alio cemẽto, & ſic murus ſiccus, seù aliàs murus crudus, de quo per Franc. Marc. in deciſ. Parla. Delphin. in qu. 501. nu. 3. etiam ſub dicta ædificij appellatione continetur, licèt propriè ædificium non dicatur, neq; faciem operis habeat, iuxtà l. ſtipulario §. opus. ff. de no. ope. nun. quia nihilominus ſolo cedit. l. 1. cum. l. ſi precario ff. comũ. pdio. vbi Bald. & Pau. de Caſt. adeò, vt ſi fundus vẽdatur in quo ſimilis murus adſit, non poterit eum venditor tollere, ſicut nec tollere alium murum cũ calce, & ita Soz. limitat illam regulam, quòd ædificium ſolo cædit, iuxtà l. 2. C. de rei vendi. §. ex diuerſo; Inſtit. de rer. diuiſ. cũ ſimil. vt in ſuo Tract. Fallen. in reg. 111. in uer. ædificium, in nu. ſiue Fallen. 6. 2 Murus ſicc' an ſit ædificium, adeovt vendito fundo, venditor poſſit tollere ipsum murũ.

AD Decorem ergo Vrbis (quò ad ſecundam partem Rubricæ) ponitur hæc Rubrica, eaq; ædificia & noua opera ità cõſtrui debẽt vt ornatus publicus ſemper adſit, includatur, ac interpretetur, propter illam dictionem, Ad, quæ incluſiuè ſolet interpretari, Io. Annib. in Rub. ſol. mat. nu. 266. & facit tex. in. l. non putabam. ff. de condi. & demo. ubi, ad decimumſextum annum, ipſum tempus cõpletum intelligitur, & ibi etiam not. Alber. cum Rubrica ponatur ad demonſtrandum id, quod Auctor tractare intendit, ut in. d. Rub. ſol. mat. nam ſolummodo uerba ſcilicèt ſoluto matrimonio, nõ erãt demonſtratiua, niſi ſequerentur & alia ſcilicèt, quemadmodum dos petatur, Io. Annib. ibi, nu. 342. ità & hic, ſi ſolùm diceret de ædif. & no. oper. conſtruen. non dicerent forsãn uerba perfecta ad demonſtrandum, Natura dictõnis, Ad.

ſtrandum,niſi allegaſſet cauſam & rationem finalem demonſtratiuã, dicendo ad decorem Vrbis, ideo in rebus dubiis huius Bullæ, recurri debet ad hanc Rub. ut in Statutis fit,ad Pariſ.in conſi.53.D. Hieronymus.nu.93. cum tribus ſeq.Vol.3.ac in alio propoſito tangam infra.in §.7. incip.& quia interdum,in.1.Not.Sub nu.4.in prima conſideratione pub. fauoris Lud. Bolog.in Rub.ff.ſi cer.pet.nu.1. & ſeq. vbi Virgil. de Salues.nu.2.Zuccard. ſimiliter nu.2.& alii ſcrib. ac inſimul recurritur in dictis rebus dubiis ad Prohemium Bullæ, ut dicam in d. §. 7.in.1.Not.nu. 2. De ipſo uerò decore tangam infra in Prin. Bullæ in .2.Not. nu. 14. Et de Vrbe, poſt §. fi. ſuper illa Quæſt. An Decretum Camerale in fauorem Inquilinorum editum, locum habeat in Suburbiis & conductoribus Vinearũ,in ordine.18.

PRINCIPIVM BVLLAE.

IN Hoc principio SIXTVS narrat quòd Vrbem Rom. quæ Caput eſt Orbis, magis quàm cæteras Ciuitates decorare, & ornare, conuenit.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI &c.

1 Subtilitas an laudanda.

VOLENS igitur Materiam propoſitam ſuper præſenti Bulla, à nemine (vt viderim) hucuſquè comentata, annotare; In primis de aliquibus quærendum erit, † ET licèt Subtilitas in Doctoribus commendetur .l. vni.c. de profeſſo. qui in Vr. Conſtan. lib. 12. tamen magis ſolet attendi veritas, & practicatur, vt per Luc. de Pen.in.d.l.vni. col. 7. nec ſubtilitates admitti ſolent, ſed reprobari, idem in eo. lo. col.8. dicens nil odibilius ſubtilitate ſola, cum parùm proſit in eis conſumere dies, quæ nec domi, nec Militiæ, nec in Foro,nec in clauſtro, nec in Eccleſia, nec alibi proſunt, præterquàm in Scolis, vndè dixit Aug.in Quarto lib. De Chriſt. Diſcipl. vel Doctri. vt refert ibidem Pen. & Afflict. in Tract. Iur.Protom. in Prefatio.nu.3.quòd bonus Doctor vulgi more loquatur, vt ambiguitates obſcuritateſquè euitet, ideo plano faciliquè ſtilo proceditur,ad Pet.Rebuff.in.l. vni. C.de ſent.quæ pro eo. in.8.Not.nu.166.cum aliis ſeq.Maria. Soz. in l.cum filio.nu.16.& Bauer.nu.7.de leg.1.itaquè facillimè quæ ad Praxim huius

xim huius Bullæ ac Tribunalis. DD. Magiſtrorum Viarum Vrbis conuenire mihi videbuntur, conſcribam;

Sed prius quæro, Quid † ſit Ius Protomiſeos, quotuplex ſit, de quo Iure loquatur præſens Bulla, & quæ ſpecies huius Iuris (vltrà ipſam Bullam) ſeruetur in vrbe. 1

Ad primum dico, breuiſsimè vltrà ſcriben. in hac Materia, qđ eſt Ius affectionis, & intereſſe, ad rem immobilem: Affectiōis & intereſſe dico, propter Amorem quem vicinus contiguus ad domum, prædiū, aliumuè locū ſibi contiguū, habet, ac ſua interſit ipſum locum habere, ob indigentiam, affectionem, & intereſſe ſanguinis, ſi loqueretur de Iure Protom. quod conſanguineis competit. Et rem immobilem dixi, quia ad mobilem, hoc Ius non tranſit, Afflict. in.d. Tract. in prin. Conſtit. nu. 18. Tiraq. de Retract. Municip. in .§. 1. in glo. 7. per totum, & Iac. Nouel. in eo. Tract. .§. 1. nu. 213. cum ſeq. Quæ, ſi diffinitio non erit, forsàn Deſcriptio dici poterit, quod à Doctoribus etiam Ius congrui appellatur, quaſi congruat.l. congruit.C. de loca. præd. ciuil. lib. 11. & à quibuſdam dicitur Ius prioritatis, & p̄lationis, cum vnus alteri præferatur; diciturquè à proton græcè, ideſt primus, vt Protomartyr, Protonotarius, & ſimil. vt .§. diſcipuli, verſic. in reliqua, cum gloſ. in Prohemio ffōrum .l. nec proteſtaſie, cum gloſ. C. de munerib. patrimon. lib. 10. & miſeos, ideſt mixtio, & coniunctio, Tiraquell. in eod. lo. in Præfatio. nu. 2. quaſi Ius competens primo coniuncto, quod ad vicinos contiguos, & vicinitate coniunctos hoc nomen extendi poteſt; vocatur etiā Ius Retractus, quaſi venditionis retrò actus, de quo in.l. 1. C. de diuer. offi. lib. 12. l. 1. in prin. & in fi. C. de natu. lib. &. c. cupientes cir. prin. in Cle. de pēn. cū aliis, ac aliàs dicitur Ius Recōprę, ideſt recuperationis, vel reēptionis, ſeù redēptionis; & aliàs Ius p̄ſentationis, vel cōſuetudinarium, & in qualibet Prouincia vel Ciuitate, vbi tale Ius viget (vltra narrata) etiam diuerſimodè in partibus illis, iuxtà Regionum & locorum vocabula appellatur, prout Pedemontani, qui communi vſu appellant Accurriméta, vt refert Aymo. Publi. in conſue. Aruer. in tit. 23. de Retraict. in primo Artic.

Ius Protomiſeos quid, quotuplex, et đ quo loquatur Bulla, ac quale ſeruet in Vrbe.

Ius congrui, quaſi cōgruat.

Ius Prot. vnde dicatur, quod multis modis ēt denominatur, vt infra.

Ius retractus,

Ius recōpræ, recupatiōis, reemptionis, redemptiōis, præſentatōis, cōſuetudinarium, accurriment.

Illud ergo intereſſe habitationis, ac vtilitatis priuatæ conſequendę, vnà cum vtilitate & decore publico, in caſibus præſentis Bullæ, compellit vicinum ad petendum domum, uel alium locum ſibi contiguum, ad quem, ratione dicti intereſſe, affectionem habet.

Quò ad Secundum, licèt ſcriben. ſuper hoc Iure, ac etiam ſu

per Conſue. Neapol. Baren. Pariſien. Burdigal. Turonen. Bituricen. Aruer. Aurelianen. Cenoman. Melden. Burgund. Andega. Niuer. aliorumquè locorum, ferè omnes dicant eſſe Quatuor, nihilominus Octo Species huius Iuris eſſe conſidero, in genere ſumpti, videlicet Conſanguinitatis, Vicinitatis, Inquilinatus, Conuentionis, Communionis, Cohabitationis, Directi dominii, & Conuenientiæ, quæ omnia dicto Iure generali competere poſſunt.

Octo ſpecies Iuris Protomiſeos.

De primo, loquitur principaliter Tiraq. de Retract. Municip. quod alias lignagier vocant, ac alii ſcrib. ſparſim ſuper Iur. Protomis. vt Bal. Afflict. M. Mant. Iac. Nouel. ac alii ſuper conſue. prædictorum locorum. De ſecundo, principaliter diſponit Conſti. Feder. Imper. quæ incipit Sancimus, ſparſimquè ſcriben. loquuntur in prædictis locis, ac etiam in Vrbe præſens Bulla, Sixti à Leo. X. confirmata.

De Tertio, principaliter loquitur, Decretum Reueren. Cameræ Apoſtol. ac Bulla Leo. De faculta. teſtan. circà finem in §. 13. vſquè ad. 19. ac deindè ſcrib. ſparſim in dictis locis.

De Quarto, vt ſi fiat conuentio, pactumquè inter partes, quod res vendita retrahi poſsit quandocunquè, vel ad tempus, quod pactum de retrouendendo vulgariter dicitur, de hoc inquã principaliter tractat Tiraq. in alio Tract. de Retract. Conuentio. ac incidenter alii ſcriben. in diuerſis locis.

De Quinto, Doctores ſparſim loquuntur, vt habens rem cõmunem tenetur potius eam vendere ſocio, quàm alteri, & ſic cõſorti in re, cum nullus vicinior reperiatur ipſo cõſorte, & ſocio, maximè ſi communio pro indiuiſo fuerit. l. meuius. §. duobus & ibi glo. & Doct. de leg. 2. eiquè meritò debetur, vt per Vincen. Maxil. in Conſue. Baren. in Rub. de Iur. Protomiſ. nu. 10.

De Sexto, tanquàm de cauſa ſpeciali, loquitur Tex. in l. vni. C. non lice. habita. metro. lib. 11. vbi quis non poteſt alteri vendere, quàm habitatoribus ſui loci, ideoquè ſolent in multis locis adeſſe Statuta, nèquis extrà habitatores alienet, vt ibi per Luc. de Pen.

De Septimo, ſparſim loquuntur Doct. in dictis locis, ac etiam de omnibus. 7. ſpeciebus prædictis; in ſpecie tamen de hoc. 7. loquitur Bulla Leo. in. d. §. 13. vltra Ius inquilinatus, diſponens ſuper affrancatione cenſus, ac emphiteoſi, & per conſequẽs de Domino Vtili, & Directo.

De Octauo & Vltimo, tanquàm generali, omnes prædictos

caſus comprehendit, cum id, quod aliquo Iure petitur per conſanguineos, vicinos, inquilinos, conſortes, ſocios, & alios, potius ipſis conueniat quàm alteri, quod Ius legale etiam dici poteſt, vt in Domino cenſus, in emphiteota, in Fiſco, & ſimil. vt per Chaſſen. in Conſue. Burgund. in Rub. 10. de Retractu in prin.

Ad Tertium principale quæſitum, dico, quòd † Bulla loquitur propriè ac particulariter de illa ſecunda ſpecie Iuris, ſcilicèt Vicinitatis, vt dixi, cùm de alio Iure inquilinatus loquatur etiã Bulla LEO. in iis, in quibus vltrà confirmationem præſentis Bullæ de nouo diſponit, in. §. 15. incip. Quod etiam volumus, quæ ſimiliter cum aliis facultatibus dicti Magiſtratus, deſcripta, poſt præſentem Tractatum reperietur, ac etiam de eo loquitur Decretum Reuerendiſs. Cameræ Apoſtol. in eodem loco ſimiliter impreſſum, licèt ferè omnia incidenter, etiam illud Ius Cummunionis, Cohabitationis, Directi dominii, & Conueniẽtię, aliqualiter adaptari poſſint. 3 De qua ſpecie Iuris loquatur Bulla Sixt. & Leo. & Decretum Camerale.

Ad Quartum & vltimum principale quæſitum, † in Vrbe ſeruatur præcipuè ac principaliter Ius competens Vicinis, in vim præſentis Bullæ, poſtmodum Ius Inquilinatus, in vim dictæ Bullæ Leo. cir. fi. & Decreti Cameralis, vt dicam poſt. §. fi. ſuper illa Quęſt. in concurſu Vicini & inquilini quis præferatur, in ordine nona. 4 In Vrbe præcipuè ſeruatur Ius cõpetẽs Vicinis, deinde Ius inquilinatus.

De Iure ergo illo Vicinitatis, ſuper hac Bulla, præcipuè loqui & tractare intendo, licèt de alio, alicubi, incidenter tangam, cum meæ intentionis ſit, vltra Textus declarationem, ſolum aliquos caſus ſuper præſenti Conſtitutione notare, non autem Materiam Iur. Protomiſ. dilatare, cum ſatis diffusè doctèquè ab aliis hoc Ius hucuſquè dilucidatum, ac interpretatum fuerit, ut nè quid vltrà; extrà Bullam ergo non me extendam, niſi vt dixi, in quibuſdã emergentibus, & adhęrentibus, ſuper quibus ſolùm etiam ſcriben. eorumquè loca citare, & referre, ad eosquè deindè in deciſione me remittere intendo, exceptis prædictis caſibus, in Bulla comprehenſis, ſuper quibus Stilum dicti Magiſtratus referam.

ET (cum nihil ſit in animo, quin prius fuerit in intentiõe) Quæro, † qualis fuit Animus & intentio Sixti, in hac Conſtitutione, Quæ fuit cauſa formalis, Quæ finalis, & cui parti philoſophię eę literæ ſupponantur, & aſcribantur, ultrà narratas? 5 Cauſa & intentio ĩ hac Bulla quæ ſit, vltrà narratas.

Ad Primum, Quia per exteriora cognoſcuntur interiora. §.

C 2 Pauonum

Pauonum in fi. Inſtit.de rer.diuiſ. cum concordan.Intentio Pont.
6 Duplex cauſa & intentio narratur. duplex fuit, † & quidem Sancta, à Sanctiſsimo proueniens, vt fere ſimilem habuit Feder. Imper. qui deindè illam Conſtit.fecit; Intentio ergo Sixti fuit Decor Vrbis, & Commoditas habitantium, quæ intentio, licèt prius fuerit in ipſo Pont. reduci tamen poteſt, poſt hanc Conſtitutionem, quodammodo ad eius finalem rationē,
7 Ratio fi.ex prohemio Bullæ. † quæ ex prohemio & præfatione colligitur,ideſt propter decorem ipſum, ad.l.qui exceptionem in princ. & ibi glo. ff. de condi.inde.iuncta.l.fi.vbi Bar.not.& alii.ff.de hered. inſtit. idem Bar. in.l.1,ff. ad macedo. Pariſ. Conſ. 92. Communicatio, nu.1.vol.1.iunctis iis quæ ponit Deci.in Conſi.301. in cauſa quæ Ferrariæ, nu.6. quia vt ædificia fiant, hoc pertinet ad vtilitatem publicam.l.pręſes, la. 5. & ibi Bar. Bal. & alii .ff. de offi. præſid. de qua ratione Bullæ, etiam dicam infra in .§.7. incip. E T Q V I A interdum, in.1.Not. nu.2.

AD Secundum, Fuit legem, & Bullam,dictum decorem, Commoditatemquè reſpicientem, ordinatè diſponere, & collocare.

Miniſtrare Iuſtitiam. Ad Tertium, Cauſa finalis fuit, vt iis omnibus intellectis ſciamus quicquid per ſuas literas diſponitur, vt ſcilicèt dicto decore Vrbis amplexo, vnicuiquè Ius ſuum reddatur,& hoc, eſt Iuſtitiam miniſtrare, Inſtit. de iuſt. & iur. in prin. quia ſemper intentionis Principis eſt, vt Iuſtitia miniſtretur, ad not. in.l.fi.C. de legi. cum ſimil. Ideo, de hac Iuſtitia loquendo, ſi pars
8 Ver.Reſcripti, procedat vt petitur,& iuſt.faciat, quō intelligātur. † in corpore Commiſsionis in Signatura porrectæ aliquid ſimpliciter petat; ſolet deindè Signatura per Reſcriptum reſpōdere quòd Talis Auditor procedat vt petitur, & Iuſtitiam faciat, quæ verba iuſtitiam faciat, intelliguntur, quatenus ſit de Iure id, quod petit, vt in Deciſionibus manu ſcriptis refert Marcel.Card.Creſcen.qui fuitSacræ Rot.Aud.nu.mihi 47. incip. Aduerte.

Bulla aſcribitur Ethicæ & Politicæ. Ad Quartum, aſcribuntur eæ Literæ, primæ & tertiæ ſpeciei Philos. Moralis, ſcilicèt Ethicæ, & Politicæ, dum diſponūt quomodo domus aliaquè ædificia, & loca cōtigua, Vicinis contiguis conueniant, & quomodo circà hoc quilibet ſe regere debeat, ſi rem ſuam vendere aliusuè emere (abſquè lite.) voluerit; quomodo etiam Populus ad idem protegatur, Vrba decoretur, & iudicetur.

9 Tres caſus principaliores huius Bullæ. Hæc Bulla, Tres partes †, ſeū caſus principaliores continet, Primus enim caſus (quo ad Animum Pont. à principio,ac ſuo Proprio Motu, & intentione) videtur reſpicere

vtilitatem

Vtilitatem Publicam; Secundus, Vtilitatem Publicam principaliter, & ſecundariò priuatam; Tertius verò, Priuatam principaliter, & ſecundariò publicam, Primus, incipit,in .§. 2. incip. NOS IGITVR, ſcilicèt vt propter Vrbis ornamentum atquè decorem, poſſint præfati Illuſtriſs. D. Cardinalis Camerarius, & Viarum Magiſtri domos in terram proiicere pro Plateis,ac Viis conſtruendis, ſeù conſtructis ampliandis,& reformādis, & ad hoc ſolet fieri Gettitum, hoc vocabulò in Vrbe denominatum, quaſi in terram iactum, cum Taxa indè ſubſcripta, de qua dicam in ſeq. .§. in Quarto Not.nu. 5. Secundus, incipit in .§. Quarto, ibi; ET NE OB Proteruiam,in ver.& ſimiliter,ad vendēdū,qui eſt, vt ad dictum Vrbis ornamentum, deindè commoditatem Vicinorum, & ſic ſecundariò, Dominus domus eam non habitans, ſed locans, compelli poteſt ad inſtantiam Vicini contigui ad vendendum, à præfatis Iudicibus; ipſiq; vicinò contiguo,domus,ſeù alius locus contiguus aſsignetur,in eorum Sententia,cuius lis, & cauſa per Monitorium de vendendo habuit ortum, vt dicam in .§. 5. incip. ET inter duos, in.3. Not. Tertius & Vltimus caſus principalis, incipit in .§. 7. ibi, ET Qui, interdum, vbi ſiquis domum, vel alium locum ſuum vendere vuult, teneatur potius Vicino contiguo vendere; quàm extraneo non vicino, (ſi tamen ipſe vicinus contiguus eam voluerit) & in hoc dicitur fauere magis vicino, propter eius commoditatem principaliter conſideratam, Secundario vero Publicæ vtilitati conſultum eſſe dicitur, propter illa ver. ibi, aut ſaltem ipſorum Vicinorum &c. ut dicam in.d.3. Not. & ità in Sententia uicino aſsignatur, ex Monitorio de reſcindendo proueniente, ad differentiam alterius Monitorii, quod de uendendo dicitur,ut etiam dicam in d.§. 5. in .3. Not. & in .§. 6. in.1. Not.

Primus caſus principalis.

Gettitum ſic nūcupatum in Vrbe;

Secundus caſus.

Tertius caſu

ET licèt hæc Bulla principaliter contineat iſtos tres caſus, nihilominus quia ſub iſtis,uariæ quoquè res continentur, ideo totam Bullam in Quindecim partes, ideſt in principium,& XIIII. Paragraphos, diuido; Summarium ponendo vt melius conuenire mihi in quolibet .§. uidebitur, ipſosquè .§§. deindè, ſuis quiſquè locis, in partes (ſi opus fuerit) diuidendo. Alteram uero Bullam Leo. hoc ordine non deſcribam, cum confirmatoria ſeù declaratoria principaliter huius Sixtinę, in paucisquè de nouo ordinatoria reperiatur,ac ſolum ubi in hac, erit opus, de ea cum deſignatione .§. mentionem faciam, & poſt .§. fi. aliqua ſuper Quæſtio. dicam, in ea uidelicet parte in qua

Diuiſio totius Bullæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

qua de nouo aliquid diſponit; In Prima ergo parte huius
Conſtitutionis, Papa aſſerit conueniens eſſe, ut Roma, quæ ca
put Mundi eſt, ſit etiam multis ædificiis decorata,& ornata; In.2.
quæ eſt in .§. Primo, ibi CVM Itaquè, dicit, quid agendum
conueniat, circà domos dirutas, ob conſtructionem nouarũ Pla
tearum, & Viarum Publicarum, ad Vrbis ornamentum; In .3.
ibi, in .§. 2. NOS Igitur, dat facultatem .D. Cardinali Came
rario, & Viarum Magiſtris, ut domus quas inutiles cognouerint,
etiam ſi Eccleſiarum Piorum Locorum,& exemptorum fuerint,
Vicinis contiguis ędificare volentibus, vendantur; In.4. ibi, in .§.
3. ET SI forsàn, prouidet, quid ſuper prædictis agendum ſit,
ſi plures uicini ueniant in concurſu; ad hoc ut dictæ domus inuti
les non remaneant; In .5. ibi, in .§. 4. ET ne ob Proteruiam.
Concedit faculatem eiſdem, aſtringendi Dominos domorũ præ
dictarum, ad eas uendendum, ſimiliterquè aliarum domorũ con
contiguarum locari ſolitarum, Vicinis contiguis ædificare volen
tibus; In.6. ibi, in .§. 5. ET inter Duos, etiam prouidet, quid
in prædicto caſu agatur, ſi plures vicini concurrant. In. 7. ibi,
in § 6. PROVIDEANT, Prouidet, ne Decor Vrbis com
moditasquè Vicini tardetur, obligationem imponẽdo, per ipſos
vicinos ad hoc Ius uenientes, faciendam; In. 8. ibi, in .§. 7.
ET QVIA interdum, Aſtringit uolentes vendere, ut vendãt
Vicino contiguo, ſi emere uoluerit, & ſi aliter quàm vicino uen
ditio fiat, intelligatur facta in fauorem ipſius Vicini; In .9. ibi,
in .§. 8. ET SI Forsàn, Prouidet, quid ſit agendum, ſi in præ
cedenti caſu plures Vicini contigui concurrant; In 10. ibi, in .§.
9. ET VT Antea, Concedit facultatem, pro faciliori præmiſ
ſorum obſeruatione, ut D. Cardinalis Camerarius per cenſuras
Eccleſiaſt. Magiſtri verò Viarum per alias pœnas, prouideant;
In. 11. ibi, in .§. 10. NON Obſtantibus, Ponit omnia quæ
huic Legi,& Conſtitutioni voluit non obſtare; In. 12. ibi, in .§. 11.
VOLVMVS autem, Prouidet, circà pecunias domorum uen
dendarum, quæ Eccleſiarum & aliorum Piorum locorum eſſe re
periuntur; In 13. ibi, in .§. 12. QVODQVE Dilecti, Man
dat præsẽtes Literas per loca Publica affigi, ac in Libris Vrbis Re
giſtrari, in Archiuioquè cuſtodiri; In .14. ibi, in .§. 13.
NVLLI ergo, Prohibet, ſub Dei & Apoſtolorum Indignatio
ne contrauentionem, amotionemquè præſentis ordinationis;
In 15. & ult. parte; in .§. 14. ibi DATVM, Ponit locum
& tempus Datę præſentium Literarum.

Et redeundo

Diuiſio Principii Bullæ.

ET redeundo ad primam partem, quæ eſt in Princip. Bullę vſquè ad primum §. CVM ITAQVE, eam ſubdiuido in 4. partes, in prima ponitur Nomen Pont. hanc Bullam condentis; In.2. ibi, & ſi de cunctarum, Papa arguit à maioritate rationis, ſcilicèt vt ſi aliquo modo Ciuitates, Eccleſię ſubiectas, decorare deceat, Vrbem tamen Rom. magis ornare conuenit; In.3. ibi, tanto accuratius, Reddit rationem eius, quod in pręcedenti dictum fuit, dicens, quia caput eſt Orbis, vbi Sedes Apoſtolica collocata exiſtit; In.4. & vlt. ibi, Ad quam, Reddit rationem rationis, dicens, quia copioſus numerus fidelium ad eam confluit, ideo conuenit vt decoretur, amplietur, publiceque vtilitati ac priuatæ commoditati conſulatur.

Exẽplũ Sixti iiii. in ædificiis & reſtauratiõe Eccleſiarum.

Exẽplum Pii Papæ.iiii. ad idẽ, ac d. Via, Porta, & Ciuitate Pia, & Via Angelica, ab eodem Pio denominata.

SIXTVS ergo Vrbem Rom. vetuſtate collapſam pulcris ædificiis reddidit illuſtratam; Eccleſias multas decorauit, cęteręquè ab earum Rectoribus, eius exemplo, repurgatę, reſtauratę, in pulcrioremquè formam redactæ fuerunt, prò vt hoc tempore, etiam à BEATISSIMO D. N. PIO Quarto Pont. Opt. Max. ſuo Sancto exemplo & iuſsione, quamplurima ædificia conſtructa ſunt, tàm ad Vrbis decorem, quàm omnium vtilitatem, & commoditatem; Architectiquè ad id, quotidie eorum ingenium acuunt: Similiter Eccleſię tàm intus (quò ad Diuini Cultus honorem, animarumquè Chriſti fidelium ſatisfactionem) quàm etiam extrà eas, ad ipſum Vrbis ornatum, reſarcitæ fuerunt, ac multæ Viæ Publicę, Portęquè Ciuitatis, & de nouo conſtructę, & veteres ampliatę, & ornatæ, ac ab eius Nomine Baptiſmali, & Pontificio denominatę ſunt, vt Via, Porta, & Ciuitas Pia, ac Via Angelica, quæ denominatio à Nomine Principis de Iure fieri poſſe non ambigitur, ad tex. in l. opus nouum, in fi. ff. de oper. pub.

10 Differẽtia inter Bullam, Breue, Motũ proprium, et ſimil. remiſſiuè.

Differentiam † autem inter Literas in forma Bullę, in forma Motus proprii, in forma Breuis, & aliarum expeditionum, cum non ſit præſentis cognitionis, omitto, de quibus per Staphil. de gra. & expecta. in cap. De vi & effectu clauſul. in ver. ſeù §. ſubſequenter, per totum, ac etiam ſuper Commiſsionibus & Liter. Iuſtitiæ, in cap. 1. num. 1. & cap. 2. per plures nu. & in cap. De reſcrip. in for. Breuium, ſimiliter per plures nu. & ſcrib. in fi. Sex. Decretal. cum gloſis, vbi partim de vna, partimquè de alia Literarum forma, ità deſcribitur, vt ſatis earum differentia ex iis dignoſci poterit.

Summariũ in princ. Bullæ.

Hoc dicit in ſumma hoc principium; Vrbem Rom. quæ caput eſt Orbis, vbi Chriſtus Sedem Apoſtolicam collocauit, ad quam copioſus Fidelium numerus confluit, magis quàm cæteras Ciuitates eidem Sedi ſubiectas, decorare conuenit.

Caſus nõ figuratur.

CASVS autem, hic, & in quolibet §. vnuſquiſquè ex Summatio, Diuiſione, & Notabilibus, colligere & figurare poterit, ideo eos omittam.

11 Papa eṕs eſt, multisq; modis denominatur, etiam ſeruus ſeruorum Dei, ex affectione, & humilitate.

NOTO, primò, ex hoc Principio, quod † Papa Epiſcopus dicitur, qui etiam multis modis appellatur, vt per Archid. in c. leges, in fin. Diſtin, 4. & in. c. 1. in prin. de conſtit. in. 6. Hoſtié. in Prohem. Decretal. & Alber. in Rub. ff. de ſta. hom. in primo comento, vbi Nomina & Titolos Epiſcopatus, & Cardinalatus, in nu. 7. vſquè ad fi. rub. conſcribit, Epiſcopusquè ab ordine, dictus, & non à dignitate; cum nequè maior nequè etiam par ordo in Eccleſia reperiatur, vt per Rebuff. in lib. concorda. in for. manda. Apoſtol. in ver. Epiſcopus, & in Rub. de approba. conuen. in ver. Epiſcopus, eo. lib. Nominat ſe etiam Seruum, ſed ſeruum Seruorum Dei, cum Serui multis modis dicantur, vt per Io. de ligna. in Tract. de Amicitia, in cap. de Amicitia ſerui ad dominum, et econtrà, nu. 2. hic autem, & in ſimil. dicitur Seruus ex affectione, & humilitate, vt Gregor. Nonus in. d. Prohem. Decretal, cum glo. & in. c. relatum, in fi. de ſent. excom. & in. c. ſaluator, in fi. 1. q. 3. ac idem Rebuff. vt ſuprà in d. loco.

12 Perpetuum, pluribus modis dicitur.

Deinde dicit, Ad perpetuam memoriã, per quod apparet quid Pont. velit, & optet, circà obſeruantiam huius Iuris, videlicèt facere legem perpetuò valituram, † licèt perpetuum variis modis intelligatur. l. id veſtimentum. ff. de pecul. auctẽn. hoc ius porrectum. C. de ſacr. ſan. eccl. l. nam imperator. ff. de legi. Bar. in. l. ſi vſus fructus. ff. de vſufruct. lega. Alex. in. l. ſoluto matrimonio, nu. 2. ff. ſol. mat. & in conſi. 86. in cauſa datiorum, num, 4. vol. 1. auctẽn. de non alien § ſi verò in perpetuam, &. c. ex literis de conſt. cum aliis, vbi in quolibet iſtorum locorum diuerſimodè hæc dictio, perpetuum, accipitur, ac aliis modis etiam, vt per glo. in. l. 1, ff. pro ſoc. & in. 1. Conſtit, Cod. in eius rub. In omnibus tamen modis, & caſibus, ſecundum ſubiectam materiam ſemper debet intelligi, vt † ſicut perpetuò aliquid prohibetur, illud etiam ſic prohibitum perpetuò erit ſeruandum. c. 3, de eo qui dux, in matri. prout econtrario, ſi perpetuò per legem conceditur atquè diſponitur, vt in præſenti Bulla, eodem modo etiam ſeruari debetur.

13 Perpetuò phibitũ ppetuò ẽt ſeruandũ, & ecõuerſo.

14 Differentia inter decorẽ, & venuſtatẽ.

NOTO Secundò, ibi, decore & venuſtate, † quòd decor pulchritudo dicitur, vt in Pſal. Dilexi decorem domus tuæ,

&. 24

& 24.q.1.c.omnibus, & not.in.l.1.in prin.ibi decoris.ff.de poſtul. c.principium §.nouem, de pœni.diſt.2.& ibi Archid. nu.7.ac iux tà illud, hunc homines honorant, quem veſtimenta decorant: hinc decorum, ab honeſto nequit ſeparari, dixit Tull. vndè dixit Luc. de pen. in.l.in iis, cir.prin.C. de præd.nauic.lib.11. Decus, id eſt publicum ornamentum, vbi etiam per totam legem, de conſtructione domorum, ac contributione ad collectas dicitur, & Guil. Benedic.in.c.raynutius, in ver. domum, ſub nu.10.cũ multis nu. ſeq.de teſtam. vbi etiam multa pro decore pub. Venuſtas autem, de qua in textu, eſt ipſa pulchritudo, cum gratia quadam, & arte contexta, in ſua forma, ideo Papa volens Vrbem ad pulcriorem formam reducere, cum artificio, gratia, & venuſtate hanc Bullam edidit, quia Conſtitutio † illa Feder. Imper. locum non habet in Terris Eccleſiæ, ad Afflict. de Iur. Protomiſ.in prin. Conſtit.nu.5.ſecun.par.impreſſio.& Iac.Nouel.in eo.Tract.ac eo. princi.nume. 27. & ſeq. ideo fuit opus legem particularem, in Vrbe, ſtatuere; ſed † an extrà Vrbem, & vſquè ad quæ loca ſe extẽdat, & quid, in ſubrubiis, & Caſalibus; dicam poſt .§. fi. ſuper Quæſtionibus, Quia Literæ Leo. x. huius Bullæ confirmatoriæ, ad decem miliaria eas extendunt. Et an omnem locum, intrà dictum terminum conſiſtentem, amplectatur, ac ſimul ſeruetur, dicam ibidem, in ordine.17.&.18. vbi etiam de Decreto Camerali, in.d.Quæſt.18.

15 Conſtitutio Feder.Imper. locũ non habet in Terris Eccleſiæ.

16 Bulla, an extrà Vrbem, in ſuburbiis, & caſalibus ſe extendat, remiſſiuè.

NOTO Tertiò, ibi, Almam Vrbem Apoſtoli Petri, & Pauli; quòd licèt Alma, variis modis accipiatur, Archidi. in.c.1. §.ſic & alma, de reli.& vene. ſan.in.6.tamen ſumitur hic, pro ſancta, vt Alma Mater Eccleſia, dicitur Sancta Mater Eccleſia.c.Alma, de ſent.excom. eo lib. Alma ergo Vrbs, vt.l. 1.C. de negociat. nè mili.lib.12.de Roma intelligitur, tamquàm Vrbs Sacratiſſimi Nominis, l.vni.de onera. vehi. lib. 11. ideo ſequitur textus Glorioſo Martyrii cruore Domino Noſtro IESV CHRISTO, conſecratam; ac plura de Martyribus per Io. Diam. ſuper Concorda. Reg. Franc. in Rub. de Conſtit. & refert Rebuff.in eo.loco, ſuper ver. Martyriumquè; † Roma ergo, Communis Patria dicitur l. Roma, ff.ad munic.ac caput eſt Orbis, meritò Nationum obtinet Principatum.c.beati.2.q.7.§. fi.Inſtit. de ſatiſda.&.l.nemini.C. de conſul.lib.10. Vnde Orbis in Vrbe, dixit Seneca; & ſicut prius caput erat ſuperſtitionis, vbi Principes gentium habitabant, illic poſtea caput Sanctitatis quieſcit, Eccleſiarumquè Principes ad Martyrii Gloriam peruenerunt, vt in.d.c.beati, ideo aciem con

Alma, quomodo accipiatur.

Plura & Martyribus, remiſſiuè.

17 Roma, nationũ habet principatũ, vbi prius caput erat ſuperſtitionis, hodie caput Sanctitatis.

ſiderationis habere opportuit; vt in alio caſu, aciem dixit Pont. in.c.Vni.in Clem.de Sum. tri. & fid. cat. in prin. verſ.nos igitur.

NOTO Quartò, ibi, Altisſimus in ea Sacerdotii Principatum, quòd ſicut Roma caput eſt Orbis, ità vltrà dicta in præcedēti Not. Caput Sanctitatis Chriſtianæquè Religionis Principatum retinet, vbi Sedes ſui Vicarii collocata eſt; † Et licèt de multiplici Sede dicat Felin.in.c.Sedes, in princ.de reſcrip.& Alber. in alleg. Rub.de ſta.hom.in.3.comento, per totū, hic tamen intelligitur de Pontificia Sacerdotali, à Beato Petro ſumpta, poſt CHRISTVM, c.in nouo, in princ.21.diſt.ideo dicitur in tex.& ſui Vicarii Sedem, ideſt Apoſtolicā in Vrbe Ro.quæ prima eſt Auctoritate, & dignitate, licèt Antiocena prior in tēpore fuerit, c.patet.9.quęſt.3.cū ſimil. In dicta ergo digniori, vbi ipſa Antiocena tranſlata fuit, reſidet Sūmus Pont. qui Vicarius CHRISTI eſt, & Deus in Terris, Pariſ. in conſ.68.Dubium exoritur, nú.161.cum duobus ſeq.vol.4. ac Petri ſucceſſor, omniſq; Auctoritas & Iuriſdictio in ipſum cōtinuatur, vt de aliquibus Titulis Papæ etiā obiter retuli in altero meo Tract. De Tempore vtili, & Contin.in.c.15.nu.2. Et ex hoc, ſit expeditum Principium.

18 Sedes, multis modis dicitur, illa verò Pont. Rom. prima eſt, licèt Antiocena anteà fuerit, & de Titulis Papæ, remisſiuè.

PRIMVS .§. CVM ITAQVE VIAE

IN HOC .§. SIXTVS OB VIAS ARCTAS, PER QVAS multitudo Ciuium Rom. & Curialium habitantium (maximè tempore Iubilei confluentium) ad Vrbis decorem, ædificia diruere opportuit, & vt ex duabus, vel pluribus domibus incommodis, vna ad habitandum commoda efficiatur, ex incorporatiōe; ac quia fortè Vicinus vnus, pro iuſto precio alteri vicino contiguo, pro ædificio, ad Vrbis ornamentum nolit complacere, ideo ad hoc idem Pont. velle prouidere ait.

Diuiſio.

Summariū.

DIVIDO hunc § in.4. partes, In prima, Papa allegat cauſam, ob quam ſe ad hanc Bullam condendam, mouet; ſuper qua parte, hoc dicitur in Summa, Vias publicas, maximè principaliores ab impedimentis arctas, pro conducendo victu, ad Vrbisquè decorem, ampliare conuenit, ut iàm ceptum eſt; In 2.parte, ibi, Ac ſicut accepimus, loquitur de domibus, ob Viarum conſtructionem dirutis, dicens q̄ earum Domini forsàn ſperantes ad priorem ſtatum & locum eas

reducere,

reducere, habitandi vel locandi cauſa, ea propter parietes non deficiunt. In.3.ibi, expediatquè, ponit narratiuam de Vicinis illis, propè dictas domos dirutas ædificare volentibus, ideo expedit vt ex duabus, vel pluribus domibus contiguis dirutis, vna tantùm habitabilis conſtruatur, ſeù pars vni, & pars alteri aſſignatur, cum domini domorum ſe in hoc ad inuicem complacere negant; In Quarta, & vltima, ibi, Et ſi aliquando, ponendo narratiuam de ipſis Viarum Magiſtris, Plateas, & Vias Publicas, ad Vrbis ornatum conſtruere volentibus, dicit, quòd hoc idem præfatis Magiſtris accidit, dum Plateas & Vias conſtruere, domosquè in totum vel in partem dirui facere, ſperant; & earum Domini hoc aliquãdo impediunt, etiã pro iuſto precio, eas uẽdere recuſantes, ſeù plus iuſto precio, petentes; quibus omnibus, Pont. obuiare intendit. Et hæc Diuiſio huius longi §. pro Summario etiam deſeruiet.

NOTO Primò, ex prima parte, differentiam inter Viam, & Stratam; Sed prius Quæro † quotuplex ſit Via, apud Legiſtas, & de qua, Bulla loquatur, cum in variis locis ipſius, ipſa 1 Quotuplex ſit Via, vltrà Iuriſconſul. Vlpia. Diuiſionem.
denominetur, & eam triplicem eſſe ait Vlpia.in.l.2.§. viam, verſ. viarum.ff.ne quid in lo.pub.videlicèt Publicam, Priuatam, & Vicinalem, quam diuiſionem ſequitur Neapoda.vt refert Afflict.de Iure Protomiſ.in §.Eſt autem, nu.3 Iac. Nouel. in eodem Tract. & §.in nu.7. Veronen.de ſeruit. ruſt. præd. in cap. de ſeruit. Viæ cap.3.num.16.

Ego autem, pro faciliori intellectu, eam diſtinguendo, in plures partes diuido, vnam videlicet dico eſſe merè publicam, quæ alàs Regalis vocatur, ſeù Prætoria, vel Militaris, incipiens à muro Ciuitatis vſquè ad fines alterius Ciuitatis, per rectam lineam, ſiue directum, quaſi populica, per quam quilibet de Populo tranſire poteſt, ad M. Mant. in eo. Tract. Iur. Protomiſ. in reſolutione Decimi dubii, licèt Populica etiam dicatur Via, quam modo referam. Aliam autem dico, non tàm merè publicam, per indirectũ protendentem, ſeù tranſuerſum, vſquè ad ſupradictam merè publicam; eam ſcilicèt ingrediendo, & ſubintrando, & ſic ex ea aditum; exitumquè habentem, quæ videtur probari per tex.l.fi.ff.de ſeruit.ruſt. præd. ibi quia Via conſumari ſolet, vel vſquè ad Ciuitatem, vel vſquè ad Viam publicam; ideſt illa merè publica vſq; ad Ciuitatem, per directum. Aliam, non merè publicam, quæ dicitur illa, quæ vſquè ad illam merè publicam per directum extẽdi, ac conſumari ſolet. Aliam dico, eſſe merè priuatam, alicuius perſonæ priuatæ, ſuis tantùm prædiis deſeruientem, ad ipſaq;

propria ac priuata prædia, aditum habentem, exitum autem; nullibi. Aliaquè via eſt, non merè priuata, quæ & Vicinalis dicitur, ipſis tantùm Vicinis deſeruiens, vt tex. in.d.l.fi. ſubiungit, & quia in priuatorum ac particularium loco, conſtructa eſt, exitúq; non habet, publica dici poſſe non videtur, ſed Vicus, ſeù Via Vicinalis, ad.d.l. 2. §. Viam, verſ. vicinales.ff. nèquid in lo. pub. Alia eſt Via, quæ ſuo proprio nomine vicinalis vocatur, vſquè ad Flumen, ſeù Publicam Viam ſe extendens, à qua aditum, exitúq; habet, quæ licèt Vicinis deſeruiat, poteſt tamen effici Publica per tantum temporis, cuius memoria in contrarium non exiſtat, Veronen. in alleg. Tit. nu.17. in fin. & ſequitur Io. Longoual. in.l. imperium, nu. 244.ff. de Iuriſd. om. iud. Ac pro maiori parte huius diuiſionis, atquè diſtinctionis Viarū, videtur eſſe de mente Guil. de Cun. in Tract. de muner. nu.23.& ſeq. & Afflict. in alleg. Tract. in eo. loco, & in nu.11. vbi etiam in nu.4. ponit ex quot pedibus per porrectum, & anfractum Via conſtituatur, licèt realiter hæc diuiſio, ad illa tria reducatur, vt in.d.l.2. verſ. viarum. Sed in Legibus, Conſtitutionibus, & Statutis, vt in hac Bulla, ſi loquatur de Via, de Publica intelligitur, & tantò magis hìc, dùm in Tex. apponitur etiam verbum, publicum, dicendo cum autem Viæ, & Stratæ Publicæ, &c. Strata † verò ad differentiam Viæ, ea dicitur quæ lateribus, ſeù lapidibus pauimentata, ſeù mattonata, ac ſilicata exiſtit, ad ſcrib. in.l.1. §. Via.ff. de ſeruit. ruſt. præd. & Bart. in.l. abſit. C. de priuil. dom. aug. lib. 11. Ideo SIXTVS ſubiunxit in hoc eodē §. & lateribus opportunè pauimentari, Via ergo erit, extrà ciuitatem, non pauimentata.

2 Differentia, inter Viam & Stratam.

Sed ex prædictis Quæro, † quia facere Viam pertinet ad Principem, ad tradita per Bologni. in conſil. 55. Viſo igitur, nu.2. in cuius Officii cura, in Vrbe ſunt DD. Viarum Magiſtri, quis in refectione, ſeù conſtructione Viarum, & Stratarum, debeat expenſas contribuere; Diſtin. Aut intrà Ciuitatem quæritur, aut extrà, Primo caſu, Vicini antè eorum domos tenentur, cum frontem cuiuſquè domus concernat, ad tex. in.l. ædiles §. conſtruant, &.l.fi.ff. de Via pub. Afflict. in.d. Tract. §. eſt autem, nu.6. Guid. Pap. Deciſ. 444. Vtrùm poſſint, nu. 2. & ſi domus locatæ reperiantur (prout frequenter ob multitudinem Curialium in Vrbe, locantur) ob faciliorem exactionem, tenentur inquilini, vt dicā poſt §. fi. in Quæſt. 14. ad computum tamē penſionis domus, quas pecunias ſic ſolutas, Dominus domus excomputare tenetur, Guid. Pap. d. Deciſ. nu.3. loquens etiam de Puteo, vel cattaria reparanda,

3 Q. in refectio. & cōſtructione Viarū quis debeat cōtribuere.

Inquilinus taxas Viarum ſoluit, ad cōputum penſionis.

reparanda, & ità contrà eoſdem per Magiſtratum ſolet ad eundē
computum mandatum relaxari; Secundo caſu; non ſolùm Vici-
ni, ſed & alii habentes circumcircà vineas, aliáquè loca; & Com
munitates Caſtrorum tenentur contribuere, arg. d.l.2.verſ. via-
rum, ibi refectio ff.ne quid in lo.pub. Iul. Ferrett. in Tract.de Ga-
bell, nu. 581. & qui maiorem vtilitatem ſentiunt, magis grauari
debent, †. etiam ſi dicta loca Eccleſiarum aliorumquè Piorum 4
locorum fuerint, Ferrett. in d. lo. & tàm in primo quàm in ſecun
do caſu procedit, vt in Aucten. de Eccleſ. tit §. ad hæc ſancimus,
colla.9.Guil. Bened.in.d.c.raynutius,in verſi. domum, num.17.&
ſeq.maximè cùm neceſſitas immineret, quia ad iſta tenentur, Iac.
Nouell.in alleg.ſuo Tract §. eſt autem, num. 19. ſicùt Clerici etiā
ad reparationem Fortilitii pro cuſtodia Ciuitatis tenentur, dūmo-
do duo concurrant, vt per.d.Guil.in ver. & vxo.nom.adelas.nu.
1036.Primùm, vt propter neceſſitatem fiat reparatio, & non ad
ſolùm Decus, & ornamentum; alterum, quòd Eccleſia ibidem
habeat bona temporalia.

4 Eccleſia an teneatur ad refectionē & cōſtructionem Viarum, & ſimil. Eccleſia, vt ad taxas teneatur duo debēt cōcurrere, remiſſiuè.

In Vrbe ergo in Viarum ampliatione, ipſarūquè dilatatione, ac
ad filum per rectam lineam domorum demolitione, per gettitum,
ſic nuncupatum, vt ſuprà; ac deindè refectione, atquè reædifica-
tione, poſſumus dicere neceſſitatem imminere, ſi non propter
Bella, ſaltim propter Aerem ſalubriorem, vt hoc in Vrbe ex tali
dilatatione, & conſtructiòne Viarum, & aliis prædictis, clarè digno
ſcitur; vndè ex ratione publicæ vtilitatis omnes circum habitantes
tenentur, quia non conſideratur ſolùm ornamentum, ſed, illa
etiam vtilitas vniuerſalis, quæ etiam largo modo poteſt dici publi
ca, & per conſequens neceſſitas. Ac etiam tantæ eſt importantiæ
ipſe Decor publicus, quòd ſi domus incendium patiatur, poteſt
domus contigua, deſtrui, pro reparatione aliarum.l.ſiquis ſu-
mo §.quod dicitur.ff.ad.l.aquil. & deindè expenſis totius Viciniæ
reparari, ac refici, ex quo damnum illud deſtructionis ex cætero-
rum alleuiatione prouenit, & hoc in ſubſidium fit, ad Barba. in
Addi. ad Bar. in l.ſi alius §. eſt & alia.ff.quod vi, aut clàm, & Guil.
Bened.in.d.c.raynutius, in ver. domum, nu. 27. in fi. cum aliis
nu.ſeq. vbi, & alia dicit, ad propoſitum decoris, quia & aliàs, etiā
domos priuati deſtrui poteſt, vt ibi. Quò verò ad alium ſecundū
caſum concurrentem, ſcilicèt quòd Eccleſia temporalia poſſideat,
ſimiliter hoc idem ſeruatur in Vrbe, in dictis Iectiris, & refectione
Viarum, prout in talibus reparationibus, ac conſtructionibus om
nes etiam Eccleſiæ temporalia poſſidentes, ſoluunt, & pro quan

tirate

5 Q. Contributio in conſtructione Viarũ, qualiter fiat.

ditate Patrimonii Dominorum eorumdem bonorum † fieri, & taxari ſolet, ad tex. in l. per bythiniã, & ibi Bart. C. de immuni. nemi. conced. lib. 10. & ad trad. per Fran. Lucan. in Tract. de Fiſco, in 3. par. prim. num. 26. & Lud. Bolog. in l. qui uiam, nu. 25. cum trib. ſeq. ff. de no. oper. nun. vbi loquitur de via priuata, & eius latitudine, & nota Corſet. ſing. in ver. Munitio, Franc. Marc. in Decil. parla. delfi. in Quæſt. 594. nu. 6. & Rom. ſing. 817. Nota quòd, in vlti. impreſ.

4 Pro pauperibus, quis contribat.

Sed quæro, an ſi tales domini ſoluendo non fuerint, teneatur Reſpub. pro eis, dicit Rom. ibi, quòd non, ſed aliis vicinis incumbit, & traditur, per glo. fi. & ſing. in l. fi. ff. de via publi.

Eodemque modo, vicini tenentur, ſi Via non vetus reparanda, ſed noua conſtruenda ſit, contribuere tenentur, Guil. de Cu. in d. Tract. de Muner. in princ. num. 25. cum ſeq. licèt idem Guil. & Pet. Anib. in eod. tract. de Muner. in 2. par. in § reſtat, ſub nu. 13. omnes qualitates Viæ diſting. in nu. præcedentibus videantur ſentire, quòd in Via nouiter conſtruenda, expenſæ debeant à Publico refici.

Via deſtructa cui dari debeat, & de menſuratiõe Viæ, & aliarum rerum, remisſiuè.

Quæro etiam, publica Via deſtructa cui dari debeat; Dicas quòd ipſi vicino, in recompenſam, ſi in ſuo fundo noua conſtructa ſit; idem Rom. ſing. 798. Quæro, cum Addi. Pignol. In menſuratione verò dictarum Viarum, & aliorum locorum, aggerum, ac milliariorum, an per Viam frequentatam, vel per cãpos, ſeù aliàs, per Terram, per Aerem, ſeù per Aquam fieri debeat, remitto (cum ſit extrà materiã) ad dicta per Abb. & Feli. in c. olim, nu. 4. vſquè ad 8. de excep. & ad Bar. in l. 3. vbi Alciat. ff. de verbo. ſigni. Et ſimiliter, quando fieri debeat menſuratio de vna, ad aliam Ciuitatem, aliiſquè menſurationibus, ad Hie. de Monte, in Tract. de fini. regen. in cap. 27. & infrà, poſt § fi. in quarta quæſtione.

Caput Regionis in Vrbe i ſubſcriptione Taxæ interuenit, ſi agatur de intereſſe Regiõis.

In taxa autem dicti Gettiti, vbi de intereſſe alicuius Regionis Vrbis ageretur, ſolet etiam ſubſcribi à Capite illius Regionis, qui tunc, nomine totius Regionis dicitur interuenire, illequè qui, Caput eſt, poteſt ad ſe exonerandum, antè ſubſcriptionem Taxæ homines ſuæ Regionis congregare, & opiniones audire, vt facilius DD. Magiſtrorum Viarum exactores, Taxas exigere valeant. Propter quam arctationem, & coniunctionem Viarum, & Stratarum, vt vidi per Archid. in c. circa fi. de offi. vica. Sixtus eas dilatare voluit, cum in Vrbe arctæ, & deformes eſſent, cauſantibus Porticibus, tecto, & ædificio cohopertis, ſicut antiquitus multæ inſignes aderant, vnò, uel pluribus Columnarum ordinibus compactæ

pactæ, longaquè ſerie diſpoſitæ; omniumquę magnificentiſſima, olìm fuit illa, à Pompeò ædificata (quam Porticum Pompeianã Romani appellabant, quæ erat vbi propè hodie eſt Campus Floris, illius mulieris dicti nominis, ab eodem Pompeo ſummopere amatæ) & ex parte antè, ſolebant eſſe patentes, & diſcohopertæ, vt per Bar. in. l. quod conclaue, nu. 2. ff. de damn. infect. Ac ſimiliter, Proſellis, vt ſequitur tex. Bullæ, vno modo intelligendo, ideſt illis partibus domorum extrà parietes, & muros earundẽ domorum, verſus Viam exiſtentibus, ad inſtar louii, & meniani, ac ex earum latitudine, Viam impedientibus, etiam cum ſcalis, in dicta Via: Alio modo, Proſella dicitur, quia ſit in locum ſellæ, ideſt Sedis, cum aliàs, ſella ſedes ſit, Archid. in. c. 1. in prin. de ſent. & re iud. in. 6. tex. cum glo. in. l. ordinem, in prin. C. de conſul. lib. 12. de qua prosella, etiam loquutus fuit Bar. in. d. l. quod conclaue d. nu. 2. Cum ergò eſſent Viæ arctæ, ac in eis adeſſent etiam dictæ proſellæ, quæ hodiè forsàn ſunt illi poggioli, ſeù murelli ad ſedendum acti, vt vix, ſingulariter ſinguli in quibuſdam locis, & ob varia alia ædificia æqueſtres ſe obuiantes, tranſire poterant: Pontifex ergò ad Vrbis ornamentum dicta impedimenta amouere voluit, ſicut hodiè Porticus tàm clauſæ pro directione Viarũ, & proſellæ, quàm etiam demolitæ exiſtunt, ex quo, Viæ ampliatæ, & ob aliquam parietum, & murorum, domorum ipſarum molitionẽ, verſus Viam, ad rectam lineam & filum, ab eodem Tribunali redactæ reperiuntur; in diemquè ad maiorem, & pulchriorem formam rediguntur.

Porticus Popeiana.

Proſella.

NOTO Secondò, ex ſecunda parte, colligi ex ea, in ſuis verbis, quòd Sixtus prius ſinè ſcriptura Legem condidit, rogando ſcilicèt Dominos domorum, vt eorum parietes, & muros propè Viam, ad filum reducerent, quòd, etiam Bonus Princeps hoc feciſſe præſumitur, † quæ rogationes in Principe, præcepta à nobis reputantur, gloſ. quemadmodum, in. l. 1. ff. quod iuſſu, quod tamen Domini ſub ſpe habitandi, vt dicit Sixtus, reparare non curant, quod † verbum reparare, propriè prouidere ſignificat, nè domus, vel alius locus ruat, & collabatur, d. l. per hynniam, & ibi Bar. C. de immuni. nemi. conceden. lib. 10. vt vulgariter etiam dici ſolet, la parata; prout ſi aggeres, & reparatiões in aqua fierent, licèt aliquando recuperare ſignificet, vt in Auten. vt iud. ſinè quo. ſuffra. §. opotter quoquè, colla. 2. ibi, reparauimus, & hoc, ad differentiam refectionis, cum reficere ſit id, quod corruptum eſt in priſtinũ reducere, & reſtaurare. l. vni. §. 1. ff. de rip. mun.

6 Rogationes Principis, pcepta reputãtur.

7 Differẽtia inter reparare, & reficere.

l. 1. ff.

l.1.ff.de via pub.&l.3.§.penu l.ff.de itin.actu. priua.cum ſimil.quaſi de nouo facere,licèt verè de nouo non fiat, vt in l.1.§. ſiquis ædificium vetus.ff.de no.oper.nun.cum ergo Domini domorum per preces reparare non curabant, Sixtus Legem in ſcriptis condere ac prouidere deliberans, eorumquè duritiem comprimere, ſtatuit, vt in ſequenti §.

NOTO Tertiò,ex tertia parte, quòd Principi expedit fraudibus aliiſquè malis obuiare, ad hoc vt Lex ſua, ſuaquè voluntas iuſta, effectum & votum ſuum ſortiatur, & ad Vrbis ornatũ Sixtus diſponit quòd ex duabus vel pluribus domibus contiguis, & partim dirutis, vnica domus conſtituatur; & earum Domini iuſto precio vendere obſtringantur, licèt regulariter quis Dominus ſit rei ſuæ, vt de ea diſponere ad libitum poſſit, vt dicam in .§.ſeq.in.4.not,

8 Sed qualis ſit domus contigua, † & differentiam inter contiguum, & continuum, poſui in altero Tract. de Tempo. Vtili, & contin.in.c.1.& proſequendo tex. ibi, ruinoſis, & depræſſis, domus enim ruinoſa ea dicitur, quæ nullum, aut paruũ fructũ affert, Archid. in.c.hoc ius,nu. 17.10.q.2. depræſſa verò eſt ruinata, ad ſimilitudinem nauis depræſſe.l.cum depræſſa.ff.ad.l.ro.de iac. Sedimen,eſt locus vbi domus ſedebat, & ſtabat, Plateola, autem eſt locus,vbi domus ſtabat, ſed quæ prius alicui plateæ vicina erat, ſolum, eſt terra, vt.l.qui tabernas.ff.de contrahe.empt. Locus verò (quia in genere voluit omnem alium locum deſignare, vltrà denominata) eſt quilibet locus purus, ſiue fabricatus deindè fuerit, ſiue non.l.2.§.1.&.l.oſſa, verſi. in hanc autem.ff. de re lig.& ſump. fune. prout locus etiam pars fundi eſt.l.locus.ff.de ver.ſig. vbi Alcia. & alii, & ità accipitur hic, licèt locus multipliciter accipi poſſit, vt per glo. in ver.locus, in.c.prouidè, de ſent. excom.in extrauag. commu. & de loco, dicam etiam infrà, in.§.7.incip. & quia interdum, in.2.Not.ſub nu.5.& ſub.num.7.

Differentia inter contiguum,& continuum. Differentia inter domũ ruinoſam & depræſſam.

Sedimen, Plateola, Solum, Locus,

NOTO Quartò, ex.4.& vlt. par.ibi dilecti Filii Franciſcus &c. quòd ii duo, tunc erant Curatores & Magiſtri Viarum, Pacitii Rom. ex familia Nobiliſſ. quos, Pontifex, Filios Dilectos nominat, de qua dilectione dicam infrà in.§.12.incip. Quodquè, & in hoc tex. ibi, pro plateis & viis ampliandis, & reformandis; differentiam inter ampliare & reformare,tangam infrà, in.§.4.incip. Et ne ob proteruiam,in.2.Not.ſed hic,loquendo de dicto Magiſtratu, intendit quòd habeat poteſtatem ampliſſimam, dum diſponit, ac fauet voluntati eiuſdẽ, quæ voluntas præſumitur iuſta.

Et hucusquè

Et huculquè continetur ſolùm narratiua Sixti, quia in §. ſeq. incipit ſtatuere, & diſponere, Amplamquè Poteſtatem eidem Magiſtratui conceſſit, quia fortè propter cauſas prædictas Domini domorum aliquandò ſe pertinaciter ſolent opponere, vt dicit idem Sixtus, id eſt valde tenaciter, Ponderando illam dictionem, per, vt aliàs dixi in alleg. Tract. de Tempo. Vtili, & Contin. in cap. 19. num. 5. ac ad praxim depoſitionis teſtium, annotaui: & diſpoſuit, vt in ſeq. §.

Dictio, Per, Renusſiuè.

SECVNDVS .§. NOS IGITVR.

IN HOC §. SIXTVS INCIPIT DISPOSITIVAM, conceditquè facultatem DD. Cardinali Camerario, & Viarum Magiſtris, quòd, pro plateis & viis conficiendis poſſint Dominos domorum etiam Eccleſiaſticos compellere, ad vendendum domos ſuas locari ſolitas, ac domibus dirutis contiguas, pro precio iuſto.

IN DVAS partes hunc § diuido, In prima remedium adhibet pro vtilitate publica, iis omnibus ſuprà narratis; In. 2. ibi, Motu proprio, Papa Iudices deputat, huic Iuri Protomiſ. & congrui, per connexam Auctoritatem. Et hoc dicit, in Summa. — Diuiſio.

Cardinalis Camerarius, & Viarũ Magiſtri pro Plateis, & Viis Publicis conficiendis, Dominos domorum locari ſolitarum ad eas vendendum, compellant, etiam ſi fuerint Eccleſiaſtici, iis vicinis qui ob demolitionem, pro Publico paſſi fuerint, precio communiter ęxtimãdo, & in euentum diſcordiæ per eoſdem Iudices, aſſignando. — Summariũ.

NOTO primò, ex prima parte, ibi, publicam vtilitatem, quòd Sixtus, vt decet, vult † vtilitatem publicam priuatę præferri, vt. l. vtilitas. C. de primipil. lib. 12. l. vni. §. ſunt autem qui putant. ff. nè quid, in flum. pub. Aym. in conſi. 132. Homines, nu. 23. & ſeq. vol. 1. Pet. Gerard. in ſing. 79. Communis, vbi ad propoſitum Bullæ, aliqui etiam conſcribuntur caſus, in quibus Dominus ad res ſuas vendendum compellitur, cum aliis adductis per

1 Vtililas pub. priuatæ præfertur.

Alberi. in l. vni. per illum text. in §. fin. num. 12. C. de cad. tollen. Ac vtilitas publica tantæ eſt importantiæ quòd quandoquè in dãnum alterius, recedimus à regulis Iuris, Pariſ. conſ. 105. Circa præſentem, nu. 18. & ſeq. vol. 1. & ideo Iudex qui propter ipſam vtilitatem aliquid egerit, non tenetur in ſindicatu, ſi ſtatuta non ſeruauerit vt per Amed. de Caſtel. in Tract. de ſindicatu, in verbo ſaluo ſemper, nu. 245. Sed quia Vtilitas quatuor modis ſumitur, de quibus per Bar. Din. & alios in l. 1. ff. ſol. mat. hic tamen de primo modo intelligendum erit, qui in communi, & particulari inſimul conſiſtit, vt conſtructa ſeù ampliata domo, vel alio loco, ad publicum ornamentum; ſubſequitur deindè ex tali ornatu ipſa vtilitas publica, ipſe ergò ornatus & decor Vrbis vnà cum dicta vtilitate publica, præfertur vtilitati & commoditati priuatæ, vt in d. l. vtilitas, cum Simil. Ideo illa dicitur Ciuitas Nobiliſſima, ac bene ordinata, in qua quis proprios affectus neſcit, & communes, & publicos diligit, vt per Alber. in d. l. vni.

Vtilitas, quatuor modis ſumitur.

Ciuitas Nobiliſs. & bene ordinata, q̃ dicitur.

Ex quibus quæro, in quo hic conſiſtat dicta vtilitas publica? Reſpon. in Decore, & venuſtate, ut in Rub. huius Bullæ, dum dicit, de Aedif. & no. oper. conſtru. ad decorem Vrbis, ac in eius Principio, ibi, decore & venuſtate, & inferius in variis locis, quia ob decorem, & commoditatem facilius frequentantur habitationes domorum, habitatoresquè Chriſti fideles, in numero copioſo ibidem confluunt, ut teſtatur etiam Leo x. in ſua Bulla, Facul ta. teſtan. & ædifican. in §. 12. incip. Nos igitur, dum dicit, ibi, Illuſtrium copia à tempore quo Literæ Sixti, emanarunt, acceſsit, ad quod iuuari & allici debent, vt dixit idem in §. præcedenti, ex qua faciliori frequentatione non ſolùm decor, ſed vtilitas Publica, & honeſtas reſultet, cum vtile ſinè honeſto non dicatur.

NOTO Secundò, ex ſecunda parte, ibi, Motu proprio, quòd ex proprio motu voluntatis Pontificis hæc Bulla emanata fuit, & non ad alicuius inſtantiam, † quia gratia facta Motu proprio licèt ſit conceſsio, non tamen dicitur propriè Impetratio, cũ impetrare, & motu proprio obtinere, videantur contraria. c. ſi motu proprio, & c. ſi pluribus, de præben. in 6. ideo hoc in loco Papa dicitur motus ex propria voluntate, licèt in impetratione & ſupplicatione poſsit etiam concedere gratiam Motu proprio, Pariſ. in conſ. 15. Circà præſentem conſultationem, nu. 59. volu. 2. & tunc talis clauſula aliquos defectus ſupplet, idem Pariſ. in conſ. 4. Dicendum, nu. 27. cum ſeq. eo. volu. Gomeſ. in Reg. de Anna. poſs. in q. 10. num. 4. cum duob. nu. ſeq. Ac de effectu eiuſdem

2 Gratia facta Motu proprio quæ dicatur, ac de effectu dictæ clauſulæ.

eiuſdem clauſulæ, per Feli. in.c.cauſam,el.2.nu.2.cum ſeq.de teſti. Bero.in Quæſt.31. Quæſtio fuit, nu.6. Vital.de Gamb. in Tract. clauſ. in ver.Motus proprius, Leobin.Aurel.in Tract. de Manda. Apoſtol. in explanatio.3.ſolutionis,nu.28. & Staphil.de Gra.& ex pect. in cap. de ui, & effect. clauſ. in ver.ſeu §.2. incip. ſubſequenter,nu.1. vſquè ad nu.40.ac eius limitationes, vſquè ad fi. d.§. & latè Per Rebuff. Quadraginta ſeptem effectus congerentem, ac ſexdecim modos, per quos aliquis ex dicta clauſula non iuuatur, in Lib.concorda.in for. manda. apoſtol.in ver. Motu proprio, in vltima editione parua, nihilominus ſcientiam importare non videtur, M lis in ſuo Reper. in ver. Gratia, ibi gratia non poteſt dici ſubreptitia, ideo ad hoc tollendum, Papa dixit, & ex noſtra ſcientia, † ex quibus duobus Clauſulis oſtenditur Pont. voluiſſe vti plenitudine poteſtatis, ad Pariſ. in,d.conſ.15.nu.63. licèt in dubio Principem non cenſeatur ſinè cauſa, dicta plenitudine vti velle, niſi quatenus exprimatur, Math.Brun. in Tract.de ceſs.bono.in.8.quæſt.prin.nu.16. & Fran.Marc.in Deciſ. Parla. Delfin. in q.1122.nu.9.& niſi faciat actum qui valere non poſſet, niſi de ipſa plenitudine fiat, ad Marſil. ſing.84.Princeps,& Gabr. Saray. in Annot. ad ſing. Rom. 764.ſiue.757. Dixi aliàs,ad qđ dubiũ etiã tollendum, ipſam clauſulam de plenitudine poteſtatis voluit ponere, adeo quòd aliter de eius effectu non eſſet opus quærere, Pariſ.in eo.conſil. nu.64.ac ſimiliter dum dicit, & de noſtra mera deliberatione, mera, ideſt pura, & ſincera, vt mera voluntas,mera fides, & ſimil.de quo ver.mera, etiam per Bal.in.l.etiam. C. de obſe.patro.præſtan.Illa ergò plenitudo arbitrii, non eſt neceſſitatibus ſubiecta, neque aliqua Regula limitata, quæ propriè ad Pont. ſpectat, & quæ ſolùm à Deo prouenit, quaſi per hæc verba, Pont. in ſuis conceſſionibus voluerit ſuprà Ius diſpenſare.c. propoſuit, de conceſs. præben. cum concordan. de quibus per Rebuff.in.d.lib.concorda.in Rub. de Regia. ad præla. nomina. fac.§.1.in ver.plenitudine; An autem & quando Papa vti poſſit hac plenitudine, cum ſit extrà propoſitam materiam, remitto ad Abb.in.c.illa quotidiana, vbi alii, de electio.

3 Clauſula ex certa noſtra ſcientia, iuncta cum illa Motu proprio, plenitudinem poteſtatis notat, ac de eius effectu.

Nec prædictis circà Motum proprium obſtat, ſi allegetur conſ. Pariſ.in ordine primum, in primo vol.incip. viſà facti narratione, nu. 81. vſquè ad.87. quia ibi loquitur quando ad petitionem & ſupplicationem partis obtinetur, quia etiam Papa poteſt concedere gratiam petenti, ſub illis clauſulis, ſed non dicitur ad preces conceſſiſſe, quando mouetur ad vtilitatem publicam, Legem

condendo, vt hic in Bulla: dum dicit futuris temporibus in perpetuumquè valituram † Conſtitutionem, quæ communis ſtatutio ſeù commune ſtatutum dicitur, vel ſimul ſtatuitio, quaſi ſimul ligans, Abb.& alii in Rub.de conſtit. à qua lege & conſtitutione non licèt appellare, ſi eſt generalis, ac ab eo proueniat, à quo non poſſit appellari, prout hæc, quæ prouenit à Pontificè, ad Rebuff. in.d.lib.Concord. in Rub. de Conſtitu.in prin. Modi autem per quos dignoſcatur dicta conſtitutio, an Ius contineat, vel non, per Alber. in ſuo Diction. in verſ. Conſtitutio.

4 Conſtitutio, quid, & quõ dignoſcetur an contineat Ius.

Intendens ergò Sixtus Legem generalem in Vrbe edere, proſequitur dicendo, Statuimus & ordinamus; quòd ver. † Statuimus, licèt ſit temporis præteriti, ſeù aliàs præſentis, nihilominus comprehendit etiam futurum .l.1.§.fi.ff. quod quiſq. iur. vbi Alber. & ſic rem perfectam ſignificat, Archid. in.c.cum ab vno, cir. fi. de ſent.& re iud.in.6.& facit.c.hæc autem, de pœni.diſt.1.& hoc in loco præceptum denotat, licèt quandoquè conſilium importet, ſcilicèt vbi materia non eſſet neceſſaria, Panor.in.c.ſuper quæſtionum §.verum, in glo. Statuimus, de offi. delega, ac vt dicit Rebuff.in.l.vni.in.4.Not.num.124.C.de ſent.quæ pro eo; nouũ Ius importare dicitur, ſicut verbum Sancimus.

5 Statuere, quid ſignificat.

Ordinare.

Aliud verò ver. ordinamus, licèt quandoquè ordinationem Epiſcopi ad ſacramenta ſignificet, alios tamen ſignificatus habet, de quibus per Rebuff in.d.concorda.in eadem Rub. de Regia. ad præla.nomi. fac §.1.in ver. ordinamus, hic autem intelligitur, quaſi in ordinem redigimus, & diſponimus, ſcilicèt hanc Legem condendo, licèt aliàs diſponere, ad vltimas voluntates conueniat, iuſtà illud, diſpone domui tuæ, quia morieris, & Inſtit.Quib. ex cau.manu. non lic §.fi.

NOTO Tertiò, ex eadem parte, ibi, Venerabilis Frater, & ibi, de mandato, quòd DD. Cardinalis Camerarius, & Viarum Magiſtri, pro tempore, inſimul ſunt Iudices in hoc Iure, vndè notatur conuenientia in vnum, & cohadunantia in cauſis, tàm in eorum informationibus quàm in deciſionibus, propter illam † copulam, &, quæ eſt apta nata de ſui natura regulariter, ad continuationem ac coniunctionem inducendam.l. ſi hæredi plures.ff. de condi. inſti.l.ſiquis ità.ff.de verb.oblig. videturq; importare idem quòd dictio, item, vt per Iac. Mandel.de Alb. in conſ. 11.Succinctè, nu.26. ſeù idem quòd dictio etiam, Parſ.in conſ.95. Statutum, nu.6. cum duobus nu.ſeq. volum.1.& adeò copulat, vt omnes qualitates requirantur in ea, Iaſ. in repet.l. quominus, num

6 Natura dictionis, Et.

nu.64.& ſeq.ff.de flumin.Io.de Pra.in.l.1.nu.30.ff.ſi cert. pet. Sed an ſemper hoc ſit verum, ac quando concurſus copulatorum requiratur, cum ſit extrà materiam, omitto, de quo per Thom. Calan.in.l.1.nu.74.ff.de vulg.& pupill.& Lancel. Gallia.in.l.gallus .§.& quid ſi tantum, nume. 11.ff.de lib.& poſt. cum concordan.

Ac in ſimul,ad locum differentiæ quandoquè ſolet accedi, cum apud ipſorum Tribunal, magnæ importantiæ ſit † inſpectio,pro cauſarum faciliori reſolutione, ad dignoſcendum, cui ex vicinis, domus petita, conſideratis adiacentia,indigentia, & publico decore, magis conueniat, nimirum ergò ſi Veronen. de ſeruit. Vrb. præd.tit.de parie.ſeù muro, in cap.40.nu.13.ac in varijs locis Tractatus tractat, quomodo qualitates ædificiorum, & murorum dignoſcantur, quæ cognitio non poteſt ſufficienter haberi abſquè loci viſione, vbi notantur, ſigna, ac omnia, quæ oculis cerni poſſunt, ſicut in materia confinium, cum † veritas magis per fidem oculatam,quàm per aures,animo Iudicis infigatur, Inſt. de grad. .§.fi.& ibi glo.l. ſi irruptione.§.ad officium,& ibi Bal.ff.fini.regun. l.ſiquis.C.eo.tit. c.quia iudicante, de præſcrip. cum glo.c.inter memoratos.16.q.3.cum concordan. vt de alia viſione locorum dicitur; quæ fit per Archiepiſ. & Epiſcopum, qui viſitant Eccleſias, vt facilius omnia, reparatione, ac eorum ordinatione indigentia, cognoſcant.c.decreuimus,cum.c.ſeq.10.q.1.& Innoc. in.c. romana, de cenſi. ad ſimilitudinem dictorum fin. regun.& per Hier. de Monte,in Tract.de fini.regen.in cap.30.& ſeq.multa ad hoc congerentem.

7 Magnæ importantiæ eſt viſio loci differentiæ.

8 Veritas magis per oculum, quã per aures infigi.

Ex quo Notatur quod Iudex in ſimilibus cauſis etiam ſecundũ conſcientiam, ac id, quod viderit, & nouerit, iudicare poteſt, vt dicit glo.in.d.c.quia iudicante, & hoc citò fieri quandoquè debet, ad ſedanda ſcandala, quæ inter Vicinos facilè oriri poſſunt, conſiderans ipſorum qualitatibus. Accediturquè ad locum, ad inſtantiam vnius collitigantis, altero collitigante particulariter citato,ad videndum deputari diem & horam pro dicti loci viſione, idem de Monte,in.d.cap.31.nu.1.non autem in genere, ſeù ſub incerto, pro vt ſi in citatione diceretur, ad audiendã volũtatem Dominorum, quia talis citatio, tamquàm incerta, vaga, & generalis non eſt laudanda, Domini de Rot Deciſ. 342. Retento,in no.

Citatio & intimatio, pro loci differentiæ viſione.

Limita, niſi eſſet in cauſa concluſum, ſolaquè Sententia deficeret, nam tunc citatus ſub illa citatione generali, ſatis citatus dicitur ad Sententiam, ad dicta per Gabr.Saray. in Annotatio ad ſing. Matheſ.8. Nota quòd,num.3.ſub qua ergò noſtra citatione,deputatur

reficiendo Ponte, vel ſimili re, quia tunc Auctoritas Principis requiritur, vt de materia Putei latè per Veronen. de ſeruit.Vrba. præd.in tit.de puteo,cap. 47. In quo differentiæ loco, ad ſimilitudinem cauſarum finium regun. in quibus quis vicem duorum, ſcilicèt Actoris, & rei obtinet, ad not.in cap.ex literis,&.ibi glo. & Ant. de But. de proba.& per Rip.in.l. 1. nu. 13.de interdict. ſolet dari terminus communis, ſcilicèt quinquè dierum, hinc indè, ad probandum incumbentia, quibus elapſis, poſſunt etiam aſsignari alii termini, breues, ſiue longi, ac quandoquè vtiles, & quandoquè continui, arbitrio Magiſtratus, cum more Camerali ſoleat procedi: Inſtructaquè cauſa, ac Dominis informatis,& omnibus inter eos & Aſſeſſorem benè diſcuſsis, fertur Sententia, vt Iuris fuerit.

In viſione loci differētiæ, cū quælibet pars actor, & reus dicatur, terminus cōmunis ad probandū, ſolet aſsignari.

NOTO Quartò, quòd in hoc §. Sixtus incipit diſponere, cuius tamen diſpoſitio, videtur eſſe contrà.l.dudum.C.de contra. emp.iun.l.in re mandata.C.manda.l.nec emere.C.de iur. deliber. toto tit.C.vt nemo inuitus, cum concordan. vbi quilibet dicitur Dominus,& rei ſuæ moderator, etiam abutendo, vt dicit Seb.Sap.in.l. 1.num.45.C.qui admit.& nō ſolùm in vita in agibilibus, ſed etiam in vltima hominis voluntate, vt dicit Io. Anib. in Rub.ff.ſol.mat.nu.84.Quod tamen dictum, ſcilicèt vt quis de re ſua diſponat ad libitum, Limitatur, in genere, niſi cum damno alterius fiat,l. 1. §.deniquè.ff.de aqua plu.arcen. vt ſi quis ædes ſuas eleuet, & alteri velit nocere, ſecun.Cin.in.l.altius, vbi alii ſcrib.C. de ſeruit.& aqua,Iaſ.in.l.quominus.ff.de flum. Pau.de Caſt.in.l.cū eo.ff.de ſer.Vrb.præd.prout notabiliter limitat Iaco.de nigr. in.l. ſi inſulam, nu.78.in fi.cum ſeq.ff.de ver.oblig.cum ſimilibus caſibus ſpecialiter lim.tatis, de quibus dicam infrà in nu.ſeq.& in §.7.in.2. not. ſub nu.5.& aliqua dixi ſuprà, in Prohem.num.3.ità, vt etiam idem Sixtus diſponat in præſenti Bulla, fauore publico, vt compellatur Vicinus vendere vicino, modis, & formis,de quibus in ea: Ad quod diſponendum, Vtilitas, & decor Pub. Pontificem mouet, & ob prædictam rationem multa fieri permittuntur,quæ aliàs non permitterentur, nec fieret, vt de ipſa vtilitate, & decore pub. in variis locis Tractatus tangam, maximè in.§. 7. incip. Et quia interdum. Nec inconueniens dicitur, vt in aliquibus caſibus, 9
quis rem ſuam ad vendendum cogatur, prout in §.fi.Inſtit.de donatio. † vbi Dominus obſtringitur Seruum communem vendere accepto precio, & data libertate, ex parte alterius Domini, & l.1.C.com.ſer.manu.& §.ſed & maior, Inſtit.de iis qui ſunt ſui vel

Dominus ac moderator rei ſuæ.

Quandoquè Dominus et rem ſuā vēdere,cogitur.

alie.

alie.iu.cum aliis caſibus, de quibus per Pet.Gerard.de pet. ſan. in ſing.79.Cōmunis vtilitas, Tiraq.in præfa.retrac.munic.ſub nu.15. M.Mantu.in Tract. Iur.Protomiſ.in comen.d.l.dudum, in. 3. not. ſicut etiam pro bono publico,& eius vtilitate, poteſt Princeps obſtringere aliquem ad vendendum rem ſuam, pro conſtructione Eccleſiæ.l.ſiquis ſepulcrum, de relig.vt dicit Parpal. in.l.1. ſub nu. 36.ff.ſol. mat.& ſimiliter, bladum, & aliud ſimile, iuxtà.l.1.§. cura carnis.ff.de Offi.præfec.Vr.vt etiam Deciſ.Tholoſ.in.q.446.An habens, cum aliis etiam caſibus, vt per Iaſ. in.d.l.nec emere,Rip. in.l.1.ſub.nu.140.ff.de flumi. & per Ambro.de Vigna.in Tract.de Vſur.nu.154. cum tribus ſeq. Bar.in.l. annonam.ff. de extra. crim. & Feli in.c.1.de iudeis, & aliqua etiam dixi ſuprà, in Prohe. ſub nu.9.& dicam in §.7.in.2.not.ſub nu.5.

Quia ſicut habent in ſe fundatam rationē,vt per Mantua. in.d. loco, vt in dicto Seruo communi vendendo, quod totum fit fauore libertatis, & publico, ità & hic, eodem fauore publico dicitur in decoranda Vrbe, vt dicit Sixtus pluribus in locis,ac vt Ciuitas ad quam copioſus numerus Chriſti fidelium confluit, variis vtilitatibus & fauoribus repleatur, cum ad dignoſcendum an aliquid odioſum ſit, vel fauorabile, inſpicitur an principaliter ſtatuentes moti ſunt propter odium vel fauorem, ad vulg.l.qui exceptionem.ff.de condi.inde.cū cōcordan.vt per Tiraq. de Retrac. Munic.in præfa. nume. 56.& ità in ſpecie in hac Bulla tenuerunt Domini de Rot. vt dicam infrà in §. 7. in.1.Not.ſub.nume.2. quod maximè attendendum eſt,ad ſcriben.in.l.1.ff.ſol.mat.ac etiā altera ratione, ſcilicèt priuatę commoditatis vicinorum, eorum domos ampliare,& ædificare volentium; nimirum ergò ſi dicta regula quòd nemo cogatur, aliquas limitationes patitur,de quibus latè per Soz.in Tract.Fallen.in ver.vendere rem ſuam, in Regula 435.vbi.58.limitationes conſcribit, & Rom.in.l.2.nu.3. vſquè ad nu.22.vbi multæ limationes, & ibi Ang.ff. ſol. mat. vt dixi ſuprà in Prohem.in.d.nu.3.ideoquè iſtæ conſuetudines tamquàm ferè conformes Iuribus,& rationibus, inueniuntur ferè per totā Italiam,Galliam,ac alibi vigent & ſeruantur,vt per ſcriben.in.d.Trac. Iuris Protomiſ. ac ſcriben.ſuper Conſuet. in Titulis de Rettact. cū impium, ac inhumanum dicatur, vt quis potius vēdat extraneo, quàm vicino, vt dicam infrà in.d §.7.in.2.not.ſub nu.5.

Lex, fauorabilis velodioſa,qūo digno ſcatur.

NOTO Quintò, ibi, antè demolitionem, † quòd domus demolita dicitur illa, quæ iàm constructa erat,& deuaſtata eſt, cum molita, per eius contrarium illa ſit,quæ conſtructa reperitur, glo.

16 Molita & demolita domus.

glo.molitio in.l.ſtipulatio §.1.ff.de no. oper.nun. prout ſepulcra demolita dixit Imper.in.l.2.C.de ſepul. viol. ideò domini domorum contiguarum pro viis & Plateis conſtruendis demolitarum, in totum, ſiue in partem poſſunt compellere ex officio dominos ſibi contiguos, & pro demolitione, ſiue in totum ſiue in partem, ſic damnum paſſos ad vendēdum domos ipſas demolitas ſeù parté, locari tamen per prius ſolitas, dūmodò ſinè dolo, & fraude prius non habitaſſent; cum dolus, & fraus nemini patrocinari debet, c.tuæ de cler.non reſiden.cū Vulga: licèt tacitè, & clàm, hoc fiat, vt horū differentia habetur per.l.iuriſgentiū §. dolo.ff. de pact. cū gl.&.l.generaliter, vbi Dec.ff.de reg.iur.quia cū Principe dolus cōmicti nō poteſt.l.Probatorias, & ibi gl.de diuer.offi. & appa.lib.12.

Sed quia dolus & fraus, dictæ legi multis modis fieri poteſt, ad Bar.in.l.contrà, ff.de legi:& Din.in.c.fi.de reg.iur.in.6.cum addit. Hoc tamen loco principaliter in tempore poteſt commicti, vt ſi Dominus domus per eum locari ſolitæ, ſciat deliberationem de proximò faciendam, ſeù aliàs factam à Magiſtratu, de aliquo Gettitu, & Taxa, pro aliqua Platea, ſeù Via amplianda, vel conſtruéda, domumquè ſuam habitare incipiat, ad obuiandum ac tollendum nè ipſa locata dicatur, ea propter ſiue in caſu huius §. ſiue aliorum, in hac Bulla, prout dicam infrà in.d.§.7.in.5.Not. fraus conſiderari poteſt; quæ quandoquè conſiſtit ex animo.l.1.C.qui manu. non poſſ. quandoquè ex conſilio, & non ex euentu l.fraudis, vbi Deci.ff.de reg. iur. Et licèt fraus non dicatur, vbi ingenioſè quis vtitur Iure ſuo Par.de Put.in Tract. de re milit. Lib.8. Quādó vnus pugnantium, nu.5.& ad còngeſta per Tiraq.in Præfa. retrac.munic.nu.72.&.77.& dicam poſt §.fi. in Quæſt. xvi.adeò vt bonum dolum, ideſt aſtutiam, habuiſſe dicatur is, qui ad domum ſuam, ad eam habitandi cauſa, ſe contulit; quam veteres ſolertiam appellabant; tamen in præſenti Bulla, in ſuis caſibus, non diceretur propriè ac verè vti Iure ſuo, abſquè aliquo colore doli mali, vt etiam de hoc dolo aliqua dicam in.d §.7.in.5.Not.& poſt .§.fi.in.d.16.Quæſtio. Iuuaret nihilominus ſibi, ſi ſolùm timore incerto demolitionis domus, eam habitaſſet, non autem certo, vt ſi ad aliquem actum, vt puta deliberationis Gettitus, vel quid ſimile, per DD. Magiſtros fuiſſet deuentum, quo caſu diceretur præſumptus dolus, ac nociuus, ad ſcriben. in.l.1.ff.de dolo, de quibus dolis, per Fortun. Garz.in Tract.de vlt.fi.iur.Can.& Ci.nu.280 cum multis nu.præceden.& ſeq.nec poſſet tunc per diſpoſitionem huius Bullæ domum vicinam, & contiguam obtinere, licèt ſua

Dolus i Principe fieri nō pōt, qui aliàs multis modis fit, ſub nomine verò fraudis non venit qui ingenioſè vtitur iure ſuo.

incapàx

incapax etiam effecta foret, id eſt, vt domus ipſa non poterat totam ſuam familiam ſubſtinere, nec capere, ſicut anteà capiebat, pro ut Naues fluminis in eo capaces forsàn dici poſſunt, quæ tamen ad Mare aptæ non dicuntur, nec ſufficiunt, l. 1 §. igitur, in fi. ff. de exer. actio. hoc eſt, in hoc caſu ad habitàdum non aptæ, neque ſufficientes, vel aliàs incommodæ effectæ, vt in Bulla proſequitur.

11 Commoda autem † domus, & Commoditas, ſeù aduerbium commodè, de quibus in tex. & infrà in variis locis habetur, ſignificat habitare domum abſquè difficultate, ad tex. in. l. nepos proculo. in fi. ff. de ver. ſig. & c. ſtatutū §. ſancimus, in fi. de reſcrip. eo. lib. Suum ergò contrarium, erit difficultas habitandi, proueniens ex demolitione, ac deuaſtatione domorum, ob Platearum Viarumquè conſtructionem, propterea inutiles factæ ſunt, cum Bulla, modo incommodas, modo inutiles, modo incapaces, modoquè læſas domos, denominat; id eſt receptione, ac habitatione diminutas, quæ omnia in vnum reſonant.

Domus commoda & incōmoda, quæ multis modis denominaē in Bulla.

Ac etiam ibi, in tex. ſintquè iuxtà eas, illa dictio iuxtà, licèt pluribus modis ſumatur, vt per Bar. in. l. 1. ff. de teſtam. cir. princi. & in extrauag. ad reprimen. in ver. iuxtà, hìc verò accipitur, id eſt propè, vel à latere, vt. c. ſolitæ, cir. medium, de maior. & obed. ac tex. in terminis, loquens de domibus, in. l. qui ædes, ibi iuxtà domum. ff. de incen. rui. & nau. & ſimiliter infrà in §. 4. incip. & nè ob proteruiam, ibi habentibus iuxtà illas, ac alibi, idem ſub diuerſis verbis dixit, vt ſuprà in §. præcedenti, ibi, aut pluribus contiguis domibus, & infrà in. d §. 7. ibi, & loca alia illis contigua, quaſi idem ſit dicere, aliquid eſſe iuxtà hoc, quàm dicere eſſe contiguū ad hoc. Quid autem dicatur contiguum, retuli in. d. §. præcedenti in. 3. Not. & dicam in. d §. 7. ſimiliter in 3. Not. vbi etiam dixi, an ſemper requiratur quod domus, ſeù alius locus in retractu ſit contiguus, nullo intermedio poſito. De verbo verò, ſolitum, & conſuetum, de quo in tex. dicam infrà, in §. ſeq. in. 4. Not. ſub. nu. 4.

Dictio iuxtà, quō accipiatur.

NOTO Sextò, ibi, etiamſi ad Eccleſias, & Monaſteria, quòd licèt Rectores Eccleſiarum, aliorumquè locorum Piorum

12 † non poſſint eorum bona alienare, niſi ob neceſſitatem, pietatem, captiuorum redemptionem, alimoniam pauperum, commoditatemquè, ac Eccleſiæ vtilitatem fiat, Guid. Pap. Deciſ. 594. Res Eccleſiæ. c. 1. & ibi ſcriben. de reb. eccleſ. non alien. quæ ad duo reduci poſſunt, videlicèt, ex cauſa neceſſitatis, & maioris vtilitatis, quibus nihilominus adde in Vrbe alium modum, ſcilicèt ob decorem Vrbis, & commoditatem vicinorum, dumtamen earum bona

Res Eccleſiæ quib' ex cauſis alieneē.

bona in aliis bonis ſtabilibus conuertantur, vt dicit Six.in §.11.incip.Volumus autem, quorum alienatio, vltrà D. Cardinal. Camerarium, etiam per laycos fit,id eſt per DD. Viarum Magiſtros.

Oppono, ſicut Clerici res Eccleſiæ alienare non poſſunt abſquè Pont.indulgentia, tantò minus præfati Magiſtri qui lay ci ſunt,non debent poſſe vt ſuprà, alienare. Solutio, Alienatio non fit à dictis DD. Magiſtris, ſed à lege ſcripta in Bulla, Reuerendiſſ. verò Camerarius vnà cum præfatò Magiſtratu, quibus coniunctim iuriſdictio conceditur, ſunt huius legis exequutores.

Iterum oppono, quod dicta alienatio per dictos Iudices non teneat, ex quò illa Pont. indulgentia non interuenit, quæ, Si in euidentem,appellatur. Ad quod dicas, eſſe verum,quod euidẽs vtilitas, vel neceſſitas debeat interuenire, ſed in Vrbe in caſu huius Iuris Protomiſ.vicinorum, etiam quòd domus contigua, ſeù alius locus fuerit alicuius Eccleſiæ, vel alterius loci Pii, nihilominus non requiritur dicta Literarum expeditio,Si in euidentem, ſed præſentes Literæ confirmatæ etiam à Leo. x. ac aliis Pont. ſufficiunt, ſicut in alio caſu ſufficiunt dictæ Literæ Leo. in §.13.incip.Et nihilhominus,ſuper alienatione cenſus,reſponſionis, ſeù canonis, ad vnam,vel plures vitas, vel aliàs, pro vt in d §.& in §.ſeq.eiuſdẽ Bullæ,ac in §.17.incip.Et tamen,ibi cenſeatur & ſit in euidentẽ vtilitatem; vndæ dicendũ eſt quod Papa poteſt ſtatuere, & inuenire modũ,ac nouũ caſum alienandi bona Eccleſiæ,ſicut fecit in pſentibus Literis, ad Archid.in.c. non licet,nu.2.12.q.2.ideò in Vrbe in hoc Iure Proto.vt dixi,alia licẽtia nõ requiritur,ſed præfatorũ Iudicum Sententia & declaratio ſufficit, quia hìc etiam Decretum Pont. interuenit, vndè meritò dicitur illum contractum fuiſſe factum in vtilitatem.

In Vrbe venditio rerum Eccleſiæ in uim præſentis Bullæ nõ requirit Si in euidentem.

Conuenit tamen, & ità ſeruatur, quòd in Sententia apponatur quòd pecuniæ Eccleſiarum, & dictorum locorum in aliis bonis ſtabilibus reinueſtiantur, interimquè deponantur penès aliquam fide, & facultatibus idoneam perſonam, ad effectum prædictum, iuxtà d.§.11.Volumus autẽ. Et licèt in hac lege nihil inferius dicatur de Eccleſiis compellendis ad vendendum ſuas domos, locari ſolitas, ſed tantùm in hoc.§.pro conſtructione Platearum, & Viarum, nihilominus etiam locum habet,in dictis locis Piis, ex quo per Leo.in.d.§.13.hoc declaratum extitit, ibi, ſub proprietate tàm diuerſarum Baſilicarum, & Eccleſiarum, cum §. ſeq. ac ſimiliter in bonis dotalibus, vt dicam infrà in §.4.in.Not.3.ſub nu.9.

TERTIVS §. ETSI FORSAN CONTINGERET.

PROVIDET PONT. IN HOC §. CIRCA DOMOS dirutas, & alias eis vicinas, ob Platearum & Viarum conſtructionem; aſſignando vicinis contiguis, ſi eas voluerint, modo infraſcripto, nè domus inhabitabiles remaneant.

Diuiſio, pro ſummario.

PONTIFEX proſequitur diſpoſitionem, circà domorum demolitionem, pro Plateis, & Viis. Quem §. diuido in Quinque partes, In prima prouidet circà prædictas domos incommodas, ob platearum Viarumquè conſtructionem, ſeù ampliationem. In.2.ibi, Etſi forsàn vterquè, dicit quid agendum ſit, ſi duo æqualiter indigentes concurrant. In.3.ibi, Etſi in neutra domorū, dicit quid iidem Iudices agere debeant, circà venditionem domorum, illorum videlicet, qui damnum paſſi fuerint. In.4.ibi, Et ſimiliter dominum, oſtendit modum; conceditquè auctoritatem nè domus remaneant inhabitabiles. In.5.& vlt. ibi, Et ſimiliter prout, Dicit quoquè quid agendum ſit, ſi æqualiter domus vicinæ & contiguæ locari ſolitæ efficiantur incommodæ, Et hæc diuiſio ſufficiat etiam pro Summario.

NOTO Primò, ex prima parte, ibi, & ſuæ domui incorporari poſtularet, circà hoc ver. incorporare, † quòd licèt domus pluribus modis accipiatur, Nouell. de Iure Protomiſ. in §. 1. ſub nu. 86. & aliqua dicam infrà, in §. 5. in. 2. Not. ſub nu. 4. quæ cōſtat etiam ex ſuis membris, & partibus integralibus continuis, ideſt pluribus manſionibus diuerſi exercitii (vltrà partes illas integrales ſolo, tecto, & parietibus) vt ad dormiendum, coquendum, vina frumentaquè cuſtodiendum, vt in domibus maioribus, ac aliis membris continuatis, de vno ad aliud, pro indigentia, ac conuenientia domus, & familiæ, ad Pariſ. in conſi. 80. Viſis codicillis, nu. 3. vſquè ad nu. 7. vol. 2. & alteri vicinæ domui non dicitur domus continua, ſed contigua, vt horum differentiam poſui, in altero Tract. de Tempo. vtili, & contin. in cap. Primo.

1 Domus pluribus modis dicitur, ac ex partibus integralibus conſtat.

Aberrant igitur, qui harum Literarum vigore domum ſibi cōtiguam vendi, & adiudicari petunt, arbitrantes deindè, eis ſolùm

Q. Retrahēs domum cō-

ſufficere

ſufficere duas domos contiguas habere, ac ibi forſan Arma, inſigniaquè familiæ ſuprà portam, ſeù hoſtium domus emptæ ponentes, ad ſimilitudinem rerum Fiſcalium, Fiſco de recenti incorporatarum, cum deſcriptio, ac ſignum Fiſci ſic impoſitum, valeat, ac rem eſſe Fiſci incorporatam probat; ad Bar. in l. defenſionis :n. 2. par. ſuæ diuiſionis. C. de iur. Fiſc. lib. 10. Franc. Luca in Tract. de Fiſco, & eius priuil. in priuile. 121. Sed in hoc noſtro incorporationis caſu, non dicitur incorporatio facta cum domo contigua, cum ſit diuerſus modus incorporandi cum Fiſco, atquè diuerſa ratio, quia ſicut prius erant duæ domus, & in conſequentiam duo corpora, adhuc ſimiliter duo perſiſtunt, niſi incorporentur, vt de hoc etiam dicā infrà, in §. ſeq. nu. 2. Nonideò in Sententia, ac eius adiudicatione meritò retrahens condemnatur non ſolùm ad precium domus, ſed etiam ad cauendum, vel ſe obligandum ad incorporandum, & ædificandum, ac exponendum certam pecuniarū ſummam, & pluris, minoriſuè quantitatis, iuxtà loci, domus, & perſonæ condecentiam, pro ornatu Ciuitatis, vt diſponit tex. Bullæ, in §. Prouideant, arbitrio Magiſtratus.

Nec etiam vnius parietis ſola fractura hoſtii conficiendi, pro introitu, de vna in alteram domum ſufficiet, vel quid ſimile, cum inter duos vicinos contiguos, & amicos, hoc etiam fieri quandoq; ſoleat; Sed debent ſuperius, inferiuſq; plures introitus conſtrui, pro commoditate familiæ, ambæquè parietes, & muri ipſarum domorum, verſus Viam, ad vnicam, & conſimilem formam reduci, ità, vt vnum, idemquè corpus, ac vnica domus dicatur, atquè conſideretur, dictæ incorporationis & vnionis virtute, iuxtà mentem, & intentionem Pontificis; cum † incorporare, ſit duo, pluraquè corpora continuare, & vnire, adeò vt vnicū corpus eſſe dignoſcatur, & totum integrale exiſtens ex pluribus manſionibus coherentibus dicatur, non autem totum vniuerſale, ex pluribus manſionibus ſeparatis, vt per Pau. de Caſt. in l. rerū mixtura. ff. de vſucap. ac corpus integrum, ſanum, & non debilitatū, nec viciatum reputetur, prout viciatum eſſet ſi contrà Pont. mentem, omnia prædictorum membra, vnico ac ipſi integrò, & toto corpori, ſic per Sententiam effecto, non ſeruirent; membraquè tunc inefficacia ad corpus habere diceretur, vt in ſimili, toto tit. de corpo. vitia. & ibi ſcriben. quia ſicut Dominus domus poteſt ex vnica domo, duas conſtituere, pariete intermedio poſito, & non ſola deſtinatione, vt in fundo, l. quod in rerum § ſiquis, cum gl. ff. de leg. 1. Bar. in l. ſi domus, in prin. eodem tit. & l. ſiquis duas. §. ſiquis

Ciguā an pro incorporatione ſibi ſufficiat Arma ſuprà portā imponere, vel hoſtiū in pariete intermedio conſtruere, vel quid ſimile.

2 Incorporare, quid.

ſiquis partem.ff.commu. prædio. itâ, & econtrariò, ex duabus domibus vnicam quis efficere poterit, per incorporationem prædictam, de qua etiam dicam infrà, in §.ſeq.in.d.2.Not.ſub nu.3.

Indigẽtia domini domus cõtiguæ,quo conſiderãda.

NOTO Secundò, ex eadem parte, ibi, quem magis indigere, quòd PONT. indigentiæ cognitionem, Religioni, ac diſcretioni præfatorum Iudicũ relinquit,quę conſiſtit in conſiderãda graui familia indigentis, ac domo ſua parua dictæ ſuæ familiæ incapaci, conuenientia ſitus pro incorporatione, & ampliatione domus, Vrbis decore, atque ipſius decoris ſpe, & ſimilibus, itâ, vt indigenti, potius q̃ alteri cõcedenda dicatur, arg.l.vni.C.publi. leti.lib.12.& ibi Luc.de pen.& is indigere dicitur, quia bonum, & vtile eſt illã rem ſibi habere, glo.in.c.conſuluit,Diſtin.74.De adiacentia verò, & ſpe decoris, ac inſimul de ipſa indigentia, & aliis, dicam in §.5.incip.Et inter duos, in.1.Not.ſub nu.1.& §.8. Et ſi forsàn, in.1.not.nu.1.

Paritas, ſeu Aequalitas ſeruanda, in æqualiter indigentibus.

NOTO Tertiò, ex 2.parte, quòd ex æquali indigentia vicinorum quilibet debet pariter, ac æqualiter participare,quia ſicut Ligurgus æqualitatem ab æquitate omnium Ciuium introduxit, vt nullus altero ditior eſſet, resquè inter eos æqualiter diuidendas tradidit; ac ſicut etiam in Iudiciis ſeruanda eſt æqualitas, c.nouit de iudi.in verſ.cæterum, & ſicut idem ſeruatur inter Virũ, & Vxorem, quò ad dotem, & donationem propter nuptias, ac in vltimis voluntatibus, in collationibus, in contractibus vltrò citroquè obligatoriis, in quaſi contractibus, in ſolutione tributorũ, mandatis, & commiſſionibus, vt per Rebuff. in Tract.de inquiſito. ſeù commiſſa. in glo vni. Artic. 1.nu.8.vſquè ad nu.16,ſuper Conſtit.Regn. itâ, & eadem ratione, ac paritate erit in præſenti caſu dicendum, dum Sixtus mandat ad dictam ſimilitudinem Legis Ligurgi, æqualitatem ſeruari, in ipſis vicinis, ſi æqualiter indigeant; de qua æqualitate æquiſquè portionibus, & partibus, per Bar.in.l.interdum.§ deniquè.ff.de hered. inſtit. Corn. conſ. 240. Bonaura.nu.24.verſ.dato, vol.2.& Fortu.Garz.in.l.1.num. 55.& ſeq.ff.de iuſt.& iu. Hoc tamen eſt intelligendum, ſi commodè diuidi, ac vendi poſſit, vt etiam de ipſa diuiſione, & circunſtantiis, dicam infrà in §.5.Et inter duos, in.2.Not. num. 2. & in.d.§.Octauo, in.1.Not. & ſeq.& tangam poſt.§.fi.in.11.Quæſtio.aliàs, ſi diuidi non poſſit, præfati DD. Iudices prouideant, vt eis videbitur expedire, quæ verba † arbitrium importare videntur, non tamen liberum, propter illud verbum prouideant, quod Iudicis Officium denotat, ad not.in.l.cum ſatis.§.caueant.C.de agric.

3 Ver.prouidere,& videbitur, quid ſignificant.

& cenſi.

& cenſi.lib.10.quibus, Officium, & Iuriſdictio demandatur, ac vt hominibus diligentibus committitur, cum id prouidè fieri dicitur, quod magna cum diligentia factum eſt, c.2.de reſcrip.in.6.ac hoc idem videtur importare illud ver. videbitur, vt per modernio. Papien.in.l.ſi ſic legatum.ff.de leg.1.Pariſ.conſ.71.Simplex diuiſio, nu.17.vol.3.de quo etiam per Afflict.Deciſ.91.Iterum,nu.5. Et in hoc §.dicitur arbitrium conceſſum eſſe, non per iſta verba, ſed per alia ſequentia, in hoc eodem §.vt dicam, in.5.Not.

NOTO Quartò, ex tertiâ parte, quòd diſpoſitio SIX. in hoc loco, ac aliorũ in hac Bulla, & in altera Leo.x. De facul.teſta. & ædifican. aliiſquè Literis aliorum Pont.vbi Domini domorum, domos ſuas non habitantes, ſed locantes, aſtringuntur ad eas vicinis vendendum, videtur eſſe ordinata optima, ac æqua ratione quia † Pont. ex tali locatione, & non habitatione, animum colligit dominorum non curantium domos ſuas ad ornatum Vrbis, ad ſuamquè commoditatem ampliare, & ornare, cum animus magis ex facto, quàm verbis declaretur.l. paulus. ff. rem rat. hab. Dec.in.c.dilecti filii. nu.2.de appella.cum adductis per Io.Nicol.in Tract.de hæret. in.5.Not.nu.3.in Volu.Trac. crim. & Tiraq. de Retract.Conuen, ad fi.tit.nu.75.auferreturquè domus ab ipſo Domino, & dabitur Vicino facienti fructum, ſcilicèt volenti ædificare ad decorem, ampliationem, incorporationem, pariter & commoditatem; minuſquè præiudicium ſibi infertur non habitando, quàm ſi habitaſſet, iuxtà.l.nemo de domo, vbi Dec. in pri in. ff.de reg.iur.

4 Ex locatione domus, dignoſcitur animus Domini; nolle habitare.

Si verò animus Domini dignoſceretur, ſcilicèt quòd poſt ipſam locationem per ſe ipſum domum habitare vellet, vt ſi monitoriũ de euacuando contrà Inquilinum prius feciſſet, ad effectum habitandi cum eius familia, vel aliter per teſtes probaretur, & ſic pro vſu ſuo retinendi, vel quid ſimile fecerit, per quod animus verè percipiatur, nec realiter & effectualiter habitare poſſet, quin prius à Vicino per monitionem eſſet præuentus, tunc, quia in hoc virtualiter habitare dici poſſet; aliter eſſet fortè dicendum; quod totum tamen relinquitur à Magiſtratu conſiderandum, & arbitrandum, ad Afflict.in.c.1.ex quib.cau.feu.amit.in vſib.feud.& de iure Protomiſ.in §.eſt autem, nu.18.

Animus habitandi.

Super qua tamen locatione eſt aduertendum, quòd verbum ſolitum locari hic, & aliis locis huius Bullæ, de cui natura in vna vice colligitur, & verificatur; licèt verbum conſuetum, in duabus conſiſtat, Præpoſ.in tit.qui feud.da.poſ.num.27.in vſib.feud.

Differentia, inter domũ ſolitam locari, & cõſuetã locari.

Bart.

Bar.in.l.mela §.ſed ſi alimenta.ff.de ali.& ciba.lega.vbi bonus tex. de ſolito, ac idem Bart.in.l.1.cir.fi. quem ſequitur Pau.de Caſt. C. quom.& quan.iud.Ang.in §.ex nō ſcripto, cir. fi.Inſt. de iur.nat. gen.& ci.Rocc. in Tract.de conſue.nu.44.licèt quidam moder. vt idem Roc. refert,nu.45. uideantur tenere contrarium, mouentes ſe quibuſdam fundamentis, de quibus ibi per eum, ac etiam per.d.l.mela §.ſed ſi alimenta, quibus Roc. conatur reſpondere, vſquè ad nu.50.quia ſolitum, eſt terminus generalis, actus comprehendere vnam, & plures vices, adeò quòd verificari poteſt in vnica tantùm; Conſuetum verò, vnico actu non contentatur,ſed pluribus, ad hoc vt nomen conſuetum conueniat, atquè recip i at; quam differētiam ponit etiam Berenga.in.l.vni.C.de ſent.quæ pro eo,nu.4.ideò Practicus ille Lanfran. de oria.in.l. admonendi, nu.4.ff.de iur.iuran.dicebat,quòd attenta ipſa differentia, ſemper debet aduerti ad verba alicuius diſpoſitionis, vtrùm adſit verbū ſolitum, aut ver. conſuetum, ac idem ad propoſitum huius Bullę, notaui in altero Tract.de Tempo.Vnli, & conun.in.cap.14.ſub nu.8.vbi ſolùm allegaui Præpoſit.in.d.Tit.Qui feu. da. poſ. Et licèt in tex §.præcedentis iſtud ſolitum, & conſuetū inter ſe cōfundi vi deantur, nihilominus ſolet practicari apud eundem Magiſtratum quòd uolens domum in uim Bullarum, debeat duo probare, unū uidelicèt ſe eſſe uicinum contiguum ipſi domui, ad not.per Pariſ. in conſ.82.Pro ueritate,nu.31.& ſeq.uol.3.licèt ibi loquatur principaliter de domino domus, alterum, quòd tempore Monitorij, domus ipſa contigua reperiebatur locata, quo probato, dicitur domus locari ſolita, & ſic ſolitum in una uice uerificatur, per differentiam prædictam. Si uerò poſt Monitorium, ad habitandum ſe contuliſſet, ſibi non iuuaret, ut dicam poſt § fi.in Quæſt. Decima Sexta.

NOTO Quintò, ex Quarta parte, ibi, pro ut eis uidebitur prouidere, ꝙ ambæ domus inutiles, & inhabitabiles non remaneant, † quòd illa dictio, prout, ſi ſumus in Legibus, Priuilegiis, & contractibus ſolet conditionaliter intelligi, ad Bart. in Tract.ad reprimen.in uer. prout, cum aliis, illudquè uerbum uidebitur, arbitrium boni Viri ſignificat, Bart.in eo.Tract. in uer.ui debitur, ſed iuncto cum aliis uerbis, ut modo dicam, arbitrium liberum notat, illudquè uerbum inutiles, ad publicum, illud uerò inhabitabiles,ad priuatū referri uidetur; quia ſuprà in §.2. in. 1. Not. dixi in quibus conſiſtat utilitas publica, hic uerò uolens Pont. ſuam intentionem eidem Magiſtratui oſtendere, tetulit uer bum

5 Dictio, Prout quid ſignificat, etiā ſi cū aliis iūgatur, & de dictiōe itā quòd, & itā tamen, ac de uerbo, uidetur.

bum inutiles, per contrarium vtilitatis publicæ: Debent ergò pręfati DD. Magiſtri prouidere, nę inutiles; quò ad priuatum, remaneant.

Inutile enim dicitur quod vitioſum eſt, licèt in ſe aliquam vtilitatem habeat, vt not. Azo. in ſum. de inutil. ſtipul. in prin. ideſt, licèt in parte aliqua, domus eſſent demolitæ, in altera verò non, nihilominus conſiderando dictam vtilitatem publicam, inutiles dici poterunt; dictæ ergo publicæ inutilitati, id eſt deformitati, priuatæquè inhabitationi, id eſt incommoditati, intendit Pont. prouidere; vel dicas, quòd illa copula, &, dū dicit inutiles, & inhabitabiles, exponetur pro ideſt, vt in Rub. de tute. & ratio. diſtra. ac ſi diceret inutiles, ideſt inhabitabiles. Illud ergò, prout eis videbitur, licèt ſuprà hoc eodem §. in. 3. Not. in §. Iudicis Officium importare dixerim, tamen hoc in loco liberum arbitrium ſignificat, propter illa ver. ſubſequentia, quòd ambæ domus inutiles &c. per quæ oſtenditur animus Pont. ut inutiles remanere nō debeant, ea propter prouideant, vt eis videbitur; quia cum aliquid conceditur, videtur etiam concedi omne id, quòd conuenit, ad id conſequēdum, ad not. in. l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. Vndè Sixtus dum vult finem, ideſt decorem Vrbis, vult etiam conſequentia ad ipſum finem, l. ad legatum. l. ad rem mobilem. ff. de procura. & c. præterea, de off. de lega. quia in hoc caſu, natura illius dictionis, ità quòd, videtur importare vt ad augumentum, & non ad diminutionem veniat, Cur. Sen. in conſ. 49. Recolendæ memoriæ, col. 22. nu. 40. Pariſ. conſ. 90. Viſis teſtamen. nu. 27. vol. 2. quia ſicut in ſimili, dictio ità tamen, reſtrictiua, & limitatiua dicitur, ad alleg. per Alber. in Diction. in ver. ità tamen, eodem modo dictio ità quòd, in præſenti caſu videtur ampliare, & augere arbitrium iam conceſſum in illis præcedentibus verbis, quaſi iterum, efficacioribus verbis voluntatem exprimentibus, Sixtus velit quòd dictus Magiſtratus ità, & taliter operari debeat, vt ambæ domus, inutiles non remaneant.

QVARTVS §. ET NE OB PROTERVIAM.

In hoc. §. Sixtus ſuam voluntatem, & diſpoſitionem terminat, & abſoluit, circa domos dirutas, ob Plateas, ac Vias Publicas: Et huculquè diſpoſuit ſuper primo caſu, ſeu prima parte principali huius Bullæ, de quia dictum fuit in eius Principio, ſuper diuiſione, nu. 9. Modò aliam voluntatem, ac

ſecundum caſum principalem oſtendit, circà ampliationem, & conſtructionem domorum, aliorumquè locorum priuatorum, locari ſolitorum, ſcilicèt, vt vicinis contiguis vendantur, iuſto precio: & ſic incipit dictus ſecundus caſus, hîc, ſeu ſecunda pars principalis.

MATERIA Secundi caſus principalis totius Bullæ, deſcribitur in hoc § cum Prima, ſuprà in §.2.fuerit notata, Tertia verò erit infrà in §.7.vt dixi ſuprà in Princip. Bullæ, vltrà alias diuiſiones ipſius, de quibus ibi, Quem § diuido in duas partes, Prima, prouidet circà domos locari ſolitas vendendas, pro Plateis, & nouis Viis ordinandis, ac antiquis reformandis. Secunda, ibi, Et ſimiliter; Prouidet circà illas domos, pariter locari ſolitas, vendendas vicinis contiguis pro ampliatione, ac ædificio faciendo, pro iuſto precio: Et hoc ſit pro Summario.

Diuiſio, pro Summario.

1 NOTO Primò, ex prima parte, ibi, proteruiam, † quæ quandoquè ſuperbiam, & improbitatem ſignificat, vt auſus proteruus.l.iubemus nulli.§.ſanè.C.de ſacr.ſan.eccleſ.quandoquè etiam inobedientiam notat, vt in.c.quoniam frequenter, in fin.vt lit. non conteſt. & Archid. in.c.2.in fi.de offi.deleg.in.6.Hic autem accipitur pro dicta inobedientia, ſub qua largè etiam ſuperbia cõtinetur. Durities verò de qua hic, eſt perſeueratio in ipſa inobedientia, ideſt pertinacia, & obſtinatio, legem, & conſtitutionem contemnendo, vt in.c.diaconi ſunt, in fi.93.Diſtin.

Proteruia, qũo accipiatur.

Durities.

Volens ergo SIX. dictam proteruiam, & duritiem compeſcere, exequutionem omnium prędictorum præfatis DD. Iudicibus cõmittit, vt dominos domorum compellant ad vendendum, Illuſt. Dominis Conſeruatoribus Vrbis, ſeù Sindico, nomine totius POP. ROM. quorum loco, DD.Magiſtri Viarum ſubſcripta taxa, & Iectitu, vt dixi in §.1.in.1.Not.ſub.nu.4.& ſeq. & in Not.4. ſub nu.9.pro demolitione domorum, ac Platearum, & Viarum conſtructione, quas vtiles & neceſſarias eſſe cognoſcunt, portio-
2 nem & ratam Vicinis impoſitam, exequi faciunt: Preciumquè indè prouenïens dominis domorum dirutarum conſignari, mandant.

Qualitas ſeu quãtitas precii, in æſtimatiõe domus, qũo conſideretur.

Quod precium, † quia varium, in Regionibus reperitur, l.ideò ff.de eo quod cer.lo.ac plus, minuſuè vno Vrbis loco, quàm in alio æſtimatur, ex qualitate tamen rei, loci, & quantitate redditũ

conſideratur

conſideratur hic in textu, ad glo. vbi etiam ſcribentes, in.c. cum cauſa, de Teſti. aliisquè conſiderationibus, de quibus per Io. And. in.c. cum cauſam, de empt. & vendi. Bar. in.l. precia rerum. ff. ad.l. falcid. & Fab. de Mon. in Tract. de empt. & vendi. in.8. quæſt. princ. nu.25. & ſeq. non autem ex affectione ſingulorum. d.l. precia rerũ. Et hac de cauſa, in ſequenti parte huius §. dicit tex. vt præmittitur imponendo, ideſt æxtimatione facienda, modo ſuperius dicto, id eſt vero precio. l. ſi res æxtimata §. ſi mulier cum glo. ff. de. iur. dot. vt ſi per peritos, & æxtimatores declaretur, quia tunc iuſtum eſſe per prædicta conſiderabitur, ad not. per Accur. & alios doct. in.l.2. C. de reſcin. vendi. Afflict. de Iur. Protom. in ver. vt intrà 30. dies, nu.26. ſecun. par. impreſſ. Tiraq. de Retract. municip. § 1 in gl. 18. nu.1. vbi etiam precium inuentum per ſubhaſtationem, reputatur iuſtum, Afflict. in. d. lo. in nu. ſeq. maximè in præſenti caſu. vbi quis præuentus eſt, vt vendat, quia ſoleat locare, pro vt caſus in hac Bulla deſcriptos, ſuper tali precio, diſtinguã in.d. §.7. Et quia interdum, in.3. Not. Quot autem modis dicatur precium iuſtum, videatur Pet. Foller. in ſua Prax. Cenſua, ſuper ver. Dummodò annua. cen. huiuſmodi, nu.1. cum duobus ſeq. & nu.25.

NOTO Secundò, ex eadem parte, differentiam † quatuor verborum, ſcilicèt, ordinare, conſtruere, ampliare, & reformare, nàm ordinare, licèt plures ſignificatus habeat, vt dixi in §. 2. in.2. Not. ſub nu.3. hic tamen intelligitur compoſitum ordinem dare, ità, vt aptis, & commodatis locis, parium diſpariumquè rerum recta diſpoſitio fiat; Vndè ordinata Via illa eſt, quæ à dicto Magiſtratu iuxtà modum, & ordinem, in.d. §.1. in.1. Not. narratũ, facta eſt. Conſtruere, eſt aliquid muro ædificare, ideſt de nouo ſimul ſtruere, cum, ſtructores, ædificatores murorum ſint. l.1. C. de excuſ. artif. lib. 10. & ſtructura, ædificiũ dicitur. l. malũ, in fin. ff. de ver. ſig. indè cõſtructio, ſeù cõſtructa domus, eſt domus iàm facta, ac à principio, olimquè ædificata. l. meniana. C de ædif. priua. & arg. c. ad audientiam el. 1 in fi. de reſcrip. Ampliare, eſt alicui rei aliquid vnire, ac (in caſu huius Bullæ) augere, & in conſequentiam rem maioris precii, & æxtimationis facere, quàm prius eſſet. l. iubemus nulli, in prin. ibi, colere, augere, & ampliare, & ibi glo. C. de ſacr. ſan. eccleſ. quæ ampliatio, ſicut in prędiis diligenti cultura fit. l. non intelligitur. § diui fratres, verſ. ſicut enim diligenti. ff. de iur. fiſ. ità, & Via, ſeù domus cum altera vnita, atquè inſimul ex ædificio precioſior facta, & ordinata, dicitur ampliata; & vltrà hoc, etiam rectè loquutus fuit SIX. in hoc eodem §. in fi. dicẽs quòd vicinus vo-

3 Differentia inter Ordinare, Conſtruere, Ampliare, & Reformare.

 lens

ſeris domum conſtruere, vel conſtructam ampliare, poteſt cogere alium Vicinum ad ſibi vendendum domum ſuam locari ſolitã, declarando per illud verbum ampliare, id, quòd dixi in §. praecedenti, in. 1. Not. vbi etiam de incorporatione notaui, quia domus per vicinum empta, ità & taliter incorporari debet, quòd vna eademque domus, vnica conſideretur, ac ampliata dicatur, ſcilicet ipſius domus qualitate, ſeu quantitate, non autem numero, ac inſimul precio, & valore, propter vnionem prædictam; adeò vt quod prius erat precium duarum domorum, hodiè precium unius ſit, ac forsàn æxtimationis maioris, & hoc modo ampliata dicetur; quia ſi incorporata modò prædicto non eſſet, non diceretur domus aucta quantitate manſionum, ſed aucta cum altera domo eidem contigua, nec etiam diceretur ampliata, & ornata ad Vrbis decorem, quod eſſet contra verba, & Mente Pont. per prędicta. Reformare autem, dicitur, à re, & formare, quaſi iterùm formare, licèt forma in multis conueniat accommodari, ſed formare hoc in loco, eſt domum perficere, ſicut formare monetam. l. qui falſam. ff. de fal. Vnde reformatio eſt alicui veteri facta additio, aut eiuſdem renouatio, iuxta illud Apoſtoli, Nolite conformari huic Sæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei, bona, beneplacens, & perfecta. Et ſimiliter reformatio iſta poterit multis in rebus conuenire, vt reformare Leges, Statuta, mores, & quid ſimile. l. 1. §. hoc etiam C. de vet. iur. enu. l. interloquutio, in fi. C. ex quib. cau. infa. irro. l. iuriſgentium § adeò. ff. de pact. c. qualiter, & quando, el. 1. de accuſa. c. grandi, cir. princi. de ſupplen. negli. præla. in. 6. c. ſtatutum, in prin. de reſcrip. & Bar. in. l. 1. ff. de legi. cum concordan. Significat etiam vitia fabricationis murorum corrigere, & reficere. l. omnes, la. 1. C. de oper. pub. Hic verò ſignificat, aliam ſiue maiorem, ſiue pulcriorem formam, dare; vt ſi domus prius parua erat, maior poſtmodùm ex dicta incorporatione efficiatur, ac ornatior, precioſiorque ad Vrbis decorem, & hominum commoditatem reddatur; vt de hoc verbo, habetur, in. l. vectigalia. ff. de publica. ubi per glo. & Doct. Quæ expoſitio hoc in loco conuenire uidetur; cum in Legibus, & Statutis habentibus unum uerbum, quod plures ſignificatiões proprias recipere poſſit, illa accipitur, quę ſubiectæ materiæ congruit, ubi uerò erit una propria, & altera inpropria, aſſumi ſolet propria, niſi aliter de mente diſponentis appareat, uulg. l. non aliter. ff. de leg. 3. de quibus diſtinctè per Barto. & Repeten. in. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu.

In verbis plures ſignificationes habentibus, qualis ſignificatio capienda.

NOTO Tertiò, ex 2. parte, ibi, ſed locari, quas vtiles & neceſſarias eſſe putauerint pro Palatiis, domibus &c. quòd † domus vtiles accipiuntur, ſicut dixi de ipſa vtilitate, in §. 2. in 1. Not. neceſſariæ verò, ſcilicèt pro indigentia, cōmoditate, & honeſtate, ad gl. in ver. neceſsitaté, in. c. 2. 21. q. 4. vt ſi vicini volētes emere domos contiguas, per earum dominos non habitatas, ſed locatas, quas præfati DD. Iudices ad conſtructionem, atquè ædificationem, vtiles, & neceſſarias eſſe putauerint, & cognouerint, ſeu ad ampliationem ipſarum iàm conſtructarum, eoſdem dominos ad vendendum compellant, precio prædicto imponendo.

4 Domus vtiles, & neceſſariæ, pro ædificio.

Et cum hoc fieri ſoleat in hoc caſu, ad inſtantiam Vicini ædificare, & ampliare volentis, ideò ſolet fieri Monitorium de mandato eiuſdem Magiſtratus, de infrà octo dies vendendo domum, dicto inſtanti contiguam, locariquè ſolitam, precio per duos peritos communiter æſtimando, & in euentum diſcordiæ per ipſos Iudices imponendo, vt dixi in §. 2. in vlt. Not. Depoſitumquè dicti precii, ſolet deindè fieri in manibus eorum Notarii, vel alterius perſonæ, fide, & facultatibus idoneæ, cum cædula vt plurimum Bancaria, & in manibus eiuſdem Notarii dimiſſa, continente, vt ad omnem declarationem ipſorum Iudicum, & eorum mandatum, precium illi, vel illis conſignabitur, ac adimpletis adimplendis, iuxtà formam Sententiæ præfatorum Iudicum.

Precium domus deponitur.

Et ex hoc §. in primis Quæro, † ex quo textus dicit quòd dominus qui domum ſuam non habitat poſſit compelli ad eam vendendum, Vicino contiguo; An requiratur, vt ipſe retrahens, domum ſuam neceſſariò habitet? aliàs repellatur ab agendo? Ad quod dico, hanc retrahentis habitationem neceſſariam non eſſe, cum in textu nullum verbum de ea appareat; quinimmò in eo dicitur quòd teneantur vendere habentibus iuxtà illas, domum, ſeù ſolum, aut locum alium &c. ponderando dictum ver. habentibus, † quòd licèt octo modis quis habere dicatur, ad Luc. de Pen. in l. Vni. C. de naut. tyber. lib. 11. nihilominus ſi tractatur de aliqua re habenda, vt hic, non dicitur ex hoc verbo quòd habitatio requiratur, ſed Ius dominii, ac proprietatis ſufficit. l. habere, vbi Alcia. ff. de ver. ſig. Chaſſen. in Conſue. Burgun. tit. des iuſtices, & droictz, in § 2. in ver. dauoir & prendre, licèt hoc verbū non ſolùm factum, ſed etiam Ius denotet, ità vt alter iſtorum habens, dicatur habere. l. ſtipulatio iſta. § ii qui, iuncto. §. habere. ff. de verb. oblig. vt ità fuit interpretatum Statutum Caſalen. per Chriſt. de Caſtell. in

5 Q. An Bulla requirat quòd retrahens domū contiguā, teneatur habitare ſuam.

6 Verbū habere, quō accipiatur.

ſtell.in conſ.9. Infacto proponitur, nu. 13. quia etiam ponderan do hoc adiectiuum, ſolum, de quo in textu, ſub cuius ſoli deno minatione non cadit habitatio, vt patet ad ſenſum, nec in eo dicta habitatio verificari poteſt cum ſit ſimplex terrenum, meritò &c. Præterea, ratio præſentis Conſtitutionis, quæ eius anima eſt, allegatur per S I X. ſuprà in eius Principio, & alijs locis Bullæ, adeò vt dici poteſt quòd eius repetitio in quolibet caſu fieri debeat, ad trad. per Aymo. conſ.227. Iafredus, num.3.& ſeq.vol.2.ſicut qua litas, Rui. in conſ.140.In quæſtione propoſita, num.1.vol.1.cum alijs, licèt Bald.in l.cū ancillis, col.2.ſub.nu.6.verſ. ſed pone quòd C.de inceſ.nup.dixerit, quòd ratio Statuti attendi non debet, ſed caſus diſpoſitus, de quo etiam dicam infrà in §.7. incip. Et quia interdum, in.1.Not.ſub nu.2.maximè cum in §.2.dixerit velle vti litatem Publicam priuatæ præferre, quaſi per modum regulæ pro cedat, quæ ſolet intelligi repetita non ſolùm in eodem Statuto, vt in præſenti Bulla, ſed in omnibus Statutis; Soz.in conſ.48. In præ ſenti conſultatione, nu.6.& ſeq.& conſ.95.capiendo primum, nu. 3.vol.1. & ratio principalis eſt, ob vtilitatem, & decorem Vrbis, ſecundariò verò ob indigentiam, & commoditatem vicini, quæ ſcripta eſt, vt in varijs locis huius Bullæ loquutus ſum: Ceſſaret enim quandoquè illa ratio principalis, ſi vicinus volens retrahere domum ſibi contiguam, locariquè ſolitam, ſuam omninò habitare teneretur, maximè, quia in Vrbe plures domus locatæ, quàm per dominos habitatæ, reperiuntur; nec diuerſa ratio videtur dictæ Publicæ vtilitatis, ab illo caſu habitationis præfati retrahentis, quàm ab altero caſu, non habitationis, quia actu in primo, potē tia verò, & animo, ac ſpe, in altero caſu, domum ſuam habitat.

Ratio, quādo cenſeatur repetita.

Vndè, Lex vtilis Reip. vt dicit Iureconſul. in.l.hoc modo.ff.de condi.& demo.iuuanda, & etiam interpretatione, ſi opus ſit, augenda eſt; vt hæc; Ceſſaret quoquè altera ſecundaria, ſcilicèt indigentiæ, & commoditatis ratio, in caſu prædicto, quia vicinus retrahens, ſi domum ſuam locatam habeat, pro ſua commoditate hoc agit, donec fortè aliam ſibi contiguam prouideat, & ex incor poratione totā eius familiā deindē ſuſtineat, quam prius ob arctationem, & incommoditatem de qua ſuprà dixi, in §.2.nu.10. in fi.& nu.ſeq.ſuſtinere non poterat; nimirum ergò ſi in Monito rio ſolet peti vt ad ornatum Vrbis, ac ſuam, ſuorumquè commo ditatem concedatur, ex quibus verbis conijcituratur qualis animus fuerit, ad not.per Doc. in §. pauonum, in fi. per illum text.

Lex vtilis Reip. iuuanda eſt.

inſtit.de rerum diuiſ.Vt ſcilicèt, hoc caſu domum petitam habitandi, cum ſua contigua incorporandi, & ad Vrbis ornatum ædificādi deſideret. Et hoc idem eſt dicendum dicta ratione in altero caſu, vbi fit monitorium de reſcindendo, de quo infrà in §. Et quia interdum, cui non debet obſtare ſi in eodem. §. dicitur, venditionem factam aliter quàm Vicinis, factam fuiſſe in ipſorum Vicinorum fauorem; Sed quia vicini, & loca vicina, pluribus modis accipi ſolent, ad Bar.in l.ſi tertius.ff.de aqua plu.arcen.& in.l.fi.C. de iis, quib.vt indig. M.Mant.de Iur. Protomiſ. ſuper.l.dudum.C.de contr.emp. ſuper Decimo Dub. Luc. de Pen.in.l.quicumquè col. fi. in ver.vicinus.C.de om.agro.deſer.lib.11. In Bulla tamen, accipitur pro contiguitate, & domibus contiguis, cum in ea tractetur de incorporatione domorum quæ ex contiguitate fit, ad Vrbis ornamentum, ideo dixit SIX. in.d §.Et quia interdum, teneantur vendere loca, illis contigua, cum contiguum id ſit, de quo ibi dixi in.3.Not.num.8.& in §.1.in.3.Not.ſub.num.8.& in §.2.in.5. Not.ſub nu.11.Et ex hoc deciditur illa Quæſtio, An vendens vicino ſatisfecerit Bullæ, ità vt ſi poſtea vicinior ad reſcindendum inſurgat, poſſit retrahere? & dicit poſſe retrahere, quia in Bulla de viciniori intelligendum eſt, per ſupradicta, quia, qui non eſt vicinus in hoc Iure, ſeù qui inter vicinos, vicinior non eſt, dicitur extraneus, adeò vt ſemp de viciniori intelligatur, ſi ad retractū ſcilicèt venire voluerit, ſicut de ꝓximiori, vt per Pet.de Anch.in cōſ. 95. In quæſtione quæ vertitur, nu.4.cum duob. ſeq. Corn. conſi. 29. In præſenti conſultatione, vbi per duas colum. vol.3. & ad cōgeſta per Tiraq. de Retract. munic §.xi.in glo.4.nu.2.& glo.6.nu. 14.cum duob. ſeq. & dicam infrà, in §. 7. in.2.Not. ſub num.5. Quod, etiam clarius probatur, per ver.Bullæ in.d.7.§.ibi, habentibus domos, ſedimina, clauſtra, & loca alia, illis contigua &c. vndè dicendo contigua, de viciniori intelligitur; Et ita fuit iudicatum per eundem Magiſtratum in vna Rom. Vineæ, inter.R.Priorem, & Fratres Beatæ Mariæ Angelorum, ad Termes, in Vrbe ex vna, &.D. Marium de Cominibus, partibus ex altera.

Vicinus, quō accipiatur.

Q. An vēdēs vicino ſatisfecerit Bullæ, ſi vicinior inſurgat, ità vt vicinior ipſe retrahere poſſit.

Sed quia Vicinus contiguus, etiam dicitur inquilinus, accipiendo tamen vicinos propriè eos, qui ſunt domini domorum & vicini ſimul, ideſt, dominos habitantes, non autem vicinos tantùm, & ſic impropriè, ſcilicèt ipſos inquilinos, vt ad hoc videtur facere diſtinctio Bar. & aliorum, in.d.l.ſi tertius, in prin.nu.3.cum aliis, per eos alleg. Quia in.d §. Et quia interdum, dum prius loquutus fuit de volentibus vendere, dicit poſtea quod teneantur vendere

habentibus

habentibus domos, ſedimina &c. vbi fundamentaliter diſponit circà ipſos volentes vendere, qui etiam facto vendunt, cum ergò ibi ſit fundamentum loquens de inſtrumenti iam facti reſciſſione, quòd debebāt prius vendere habentibus domos, vbi per dictum verbum habere fuit loquutus, vt ſuprà; nō debet referre, ſi poſtmodum ipſos, habentes domos præfatas, variis modis denominauerit, pro vt in variis locis huius Bullæ etiam dixit, ac Leo.x. in altera Bulla, vt in.§.18.incip.Et quoniam ſicut accepimus, in prin. ibi, quibus illarum vicinos, cum robur accipiat à verbis præſentis §. ibi, habentibus domos, & non mutatur, ſed iuxtà illius terminos & qualitates, tamquàm fundamentum, videtur intelligendū, ad vulg.l.ſed etſi manente.ff.de precar.& abundè per Deci.in.c.de cauſis, per duas col. videlicet.4.& ſeq.nu.7.cum duobus ſeq. de offi.de lega.

Quomodo autem accipiatur dictio Dominus, de qua in hoc textu, ibi, & debeant dominos domorum quarumlibet, dicam, in.d §.Et quia interdum, in.1. Not. ſub nu.3.

7 Verba Statuti propriè accipiūtur, & quādoquè fauore publico à propria ſignificatione diſceditur, retenta mente.

Et licèt in Statutis verba propriè accipi debeant, Caccialu.in.l. omnes populi, vbi benè etiam Iaſ. in.2.lect.nu. 49. vſquè ad .56. ff.de iuſt.& iu. Tamen † quia ſumus in fauorabilibus, reſpectu decoris Vrbis, publicæquè vtilitatis, dici forsàn poteſt vt poſſit diſcedi à propria ſignificatione verborum, retenta mente, vt de fauore in hac eadem materia vtilis dominii, & directi, loquutus fuit Luc. de pen.in.l.fundi.C.de fun.patrimo. lib.11.ibi, Iure dominii, ex quo datur intelligi, quòd uerificetur etiam in habentibus domos in emphiteoſim perpetuam, & ſimil. dum iſti etiam dicantur domini, in quibus etiam cadit poſſibilitas ædificandi; ut tangā infrà in.§.7.in.1.Not. nu.3.in fi. & poſt.§.fi.in Quæſt. duodecima.

Q.An retrahēs teneatur oſtendere dominium ſuæ domus.

Sed, quid ſi monitus negauerit, ipſum inſtantem, & petentem eſſe dominum illius loci contigui, an idem inſtans uolens retrahere, uel ex ſe ipſo abſquè negatione ipſius moniti, teneatur oſtendere dominium, & de eo docere. Dicas quòd non, ſed ſufficit poſſeſſionem probare, per quam deindè præſumitur dominium; maximè cum in hoc caſu non quæratur principaliter de ipſo dominio, inter eos, ſed incidenter, cum principalis quæſtio ſit Retractus, & hanc diſtinctionem ponit Lanfran.in.c.quoniam contrà, in uer. teſtium depoſitiones, nu.183. Moder.repeten. in.l. naturaliter §.nihil commune.ff.de acquir.poſſ. & ſequitur Pariſ.in conſ. 57.ſta‥re, nu.44.uol.4.& de tali præſumpto dominio per longam poſſeſſionem, etiā loquitur Iac.Mandel.de Albin. conſ.16. Caſus

Diſtin.

iſte

iſte,nu.6.& cōſ.64. Quia articulus,nu.11.21.23.&.26.& Riminal. in conſ.360.Omiſſis ſuperfluis, nu.1.vol.2.cū concordan.adeò vt onus in hoc caſu probandi contrarium, in aduerſarium transfertur.

8 Quæro etiam, † An Bulla locum habeat in prohibito, alienare domum, ſeù alium locum à teſtatore, & ſic in re fideicommiſſo ſubiecta, etiam ſi ille prohibitus, Eccleſia, vel alius locus Pius fuerit? vel mulier in re dotali, ſeù minor, aut alius priuilegiatus, qui dictum locum locat. Ad quod dico, ſiue in dicta prohibitione, cauſa vel pœna fuerit appoſita, ſiue non, vtroquè tamen caſu dicitur eſſe locus Bullæ, nàm ſi de ſecundo caſu quæratur, nulli dubium eſt, ex quo pro nudo, ac ſimplici præcepto habetur, meritò non obſtat, & per conſequens intrat Bulla.l.filius famil.§.diui, ff.deleg.1.& ibi ſcriben.cui facilè derogare licet. Et in primo caſu etiam idem eſt dicendum, licèt etiam pœna caducitatis ſit appoſita; & ratio eſt, quia Teſtator non poteſt facere quin Leges in ſuo teſtamento locum habeant.l.nemo poteſt, vbi Doct. notant, eo. tit.& in.d.l.filiusfamil.nec poteſt ipſe auferre beneficium non ſolùm à Lege conceſſum, ſed nec etiam tollere diſpoſitionem Statuti, vt huius Bullæ.l.quidam decedens, de admin. tut.cum aliis, maximè vbi quis eſſet huic Bullæ, & Statuto ſubiectus, cum tunc teſtator non poteſt diſponere quòd legatarius non teneatur vendere domum, ſeù alium locum Bullæ ſubiectum, cum nemo poſſit plus Iuris in alium transferre, quàm quod ipſe habeat.l. nemo poteſt, de reg iur.adeò vt dicit Afflict. de Iur. Protomiſ.in §.licèt enim, in Not.8.nu.22.& Bal.in eodem Tract.col.3.nu.7.& Tiraq. de retract. municip.ad fi.Tit. nu. 7.quòd non licet teſtatori tacitè, vel expreſsè prohibere Ius congrui, competens de Iure, vel conſuetudine; Rectè ergò SIX. diſponit quòd etiam bona Eccleſiarū veniant in hoc Iure, & etiam in.§.10.incip. Non obſtantibus, appoſuit illam clauſulam, cum iſtis verbis, nec non interdictis perſonis Eccleſiaſticis, & aliis verbis generalibus, per quæ omnes obſtantiæ ſublatæ videntur, cum fruſtatoria eſſent, niſi referretur ad hanc prohibitionem, & obſtantiam, per teſtatorem forsàn inuentam, cum PAPA in quo tales Leges ſunt reconditæ, ſciret talia bona Eccleſiæ alienari non poſſe.

Q.Bulla, an locū habeat in prohibito alienare à teſtatore ſub fideicōmiſſo, ēt ſi fuerit Eccleſia, & alius priuilegiatus.

Teſtator non poteſt facere quin Leges in teſtamēto locum habeát.

Et pro hac opi.facit, quia hoc Ius cum ſit reale, quod à re, rei, propter vicinitatem, & contiguitatem debetur (ab ipſo tamen vicino vicinitate durante) ob quod poteſt etiam dici eſſe Ius perſonaliſſimum, in dicto tempore, vt dicam in.d.§. Et quia interdum,

Retractus eſt Ius reale, qđ à re, rei, propter cōtiguitatē debetur,

Ideò dicta vicinitate durãte perſonaliſſimũ dicitur.

in.5.Not.ſub nu.12.Sed cum actio realis ſit, ratione ipſius rei, & perſonalis, reſpectu perſonæ, dicitur in rem ſcripta, Tiraq. de Retract. municip. §.8.in glo.5.num.8.ideò dicitur, quòd domus, & alius locus ſemper eſt hoc onere affectus, ità, vt cum eadem qualitate, & cauſa ad quoſcunque ſucceſſores ſemper tranſeat.l.pomponius §.cum quis,de acquir.poſſ. Soz. con.25.D. Franciſcus, in reſponſione vlt. fundamenti, nu.28.vol.1.Bologn. in conſ.25.viſo, ac etiam quia teſtator in ſua prohibitione non ſentiit de tali alienatione, quam prohibere in ſpecie non poſſet, nec minus in genere, † maximè cum in prohibitione alienationis non intelligi tur prohiberi alienatio neceſſaria, prout iſta, Rip.in.d.l.filiusfam. §. diui, nu.25. Gozad. conſ.103.videtur primo,in nu.21. Rom. conſ.107.circà id, & conſ.457. Circà propoſitam, nu.3.Pariſ. cõſ. 109. D. Bernar.nu.19. vol.3.Afflict. Deciſ.191. Abbas, nu.4.Pet. Gerar. ſing.100. Neceſsitas nu.27. cum Annotatio. Gabr. Saray. vbi etiam multa de ipſa neceſsitate, per Doct.ibidem alleg. & in materia alienationis,prædictam opi. communem eſſe,dicit Alber. in.2.par.Stat.in Quæſt.2. adeò quòd cenſetur teſtatorem cum hac Iuris diſpoſitione ſe conformare, ac cum ea regulari debet, Soz. conſil.23. circà prædictam, nu.18. vol.1. Ana.in conſ.28.viſis, & conſideratis, nu.5.& Afflict.in Deciſ.44.De tribus,nu.20. cum cõcordan.

9 Sub prohibitione alienationis,nõ venit neceſſaria alienatio.

Teſtator videtur cõformari cũ Iuris diſpoſitione.

Q. An Bulla locũ habeat in bonis dotalibus, mulierum,minorũ, & Eccleſiarũ, abſque fideicõmiſſo.

Iiſdemque ferè rationibus dicendum erit, ſi dubitetur, An Bulla locum habeat in bonis dotalibus, cum ex doctrina Salyc. in.l.fi. in prin.in.4.not.per illum tex.C.de iur.dot.dicatur quòd in Legibus, & Statutis in quibus aliquid generaliter diſponitur, non habet locum in dotibus, niſi ſpecialiter exprimatur, nihilominus quia omnis diſpoſitio aliquas tacitas contradictiones, & ſuppletiones habet à Iure, maximè quando ſolùm uerbis Legis amplexis, & ad corticem intellectis, abſurditas contrà ipſius Legis rationem reſultaret.c.quemadmodum, cum ibi not.de iur.iuran. &.l.ſi cui, de ſeruit.quia ſuprà in §.2.non ſolùm generaliter de locis ad quoſcunque pertinentibus, ſed de locis Eccleſiarum, Piorum locorũ, & exemptorum, ac aliorum, vt ibi; adeò, vt ex eiſdem, ac maioritatibus rationum, ſub illa dictione, & aliorum, dicta bona dotalia includuntur; & deindè in iſto.§.generaliter repetit iſta loca, ibi, dominos Eccleſiaſt. & Seculares; & ibi, & ſimiliter ad vendẽdum domos huiuſmodi, in quorum bonorum dotalium locum, ſuccedunt deindè bona inueſtita, nè mulieres in dotibus damnificentur, & prægrauentur, & ſic decori publico, & dotibus ſimul

mul, conſulitur.

Hoc idem ſub dictis verbis generalibus continere dicitur, dùm dicit, ac loca Pia, indiſtinctè, ſub qua pietate etiam dotes continentur, ad not. per Doct. in. l. 1. ff. ſol. mat. & in terminis etiam dixit Tiraq. de Retract. Munic §. 1. in glo. 14. nu. 91. vſquè ad num. 108. quòd Retractus habet etiam locum in re dotali, vbi reſpondet ad Doctrinam Saly. in. d. l. fi. eam declarando, & tangam de hac Quæſtione, poſt §. fi. in Quæſt. 12. nu. 5.

Et ſimiliter comprehendi dicuntur alia bona non dotalia, vt quæ Mulierum, & Minorum fuerint, vel Eccleſiarum, & emphiteotica perpetua, ſeù alia bona, & tantò magis etiam abſquè fideicommiſſo, in quibus in vim Bullarum exequutiones alienationum per ſententiam eiuſdem Magiſtratus fiunt, abſquè ſolemnitatibus requiſitis à Iure, cum dictis perſonis, vt dicam in §. ſeq. in. 4. & 5. Not. & dixi, in §. 2. in. 6. Not. & ità ſeruatur.

Quæro etiam, † An Bulla, vbi in vim præſentis §. fit monitorium de vendendo locum, locari ſolitum, habeat locum in domo per ruinam diruta, & depræſſa, ſeù combuſta, & caſalenis, quæ locari non poſſunt? Ad quod Diſtin. Aut antè talem ruinam, domus ſolebat per Dominum habitari, aut locari, Primo caſu, Subdiſting. Aut poſt reſtaurationem Dominus etiam habitare intendit, quod per iuramentum, obligationem, cautionem, ſeù alium modum ſufficientem in actis declarauerit; Aut vult locare, Si habitare, non intrat diſpoſitio huius §. quia ille primus actus habitationis, vnà cum altero actu, poſt ruinam in actis declarato, cenſetur vnicus actus à principio, vſquè ad finem, ex quo durat animus, laſ. in. l. eum qui §. in popularibus, nu. 11. ff. de iur. iuran. cum ſimil. & ſic continuè præſumitur domum habitaſſe, non obſtante tempore ruinoſo, vt in ſimili, per Din. in §. rurſus, colu. 2. Inſtit. de Actio. Seyſel. in. l. clàm poſſidere §. qui ad nundinas, de acquir. poſſ. Soz. Nepos, in conſ. 18. v. ſo themate, nu. 12. & ſeq. vol. 2. Pariſ. conſ. 24. Præſupponitur, vol. 1. Matheſ. Sing. 116. Nota, cum Annotatio. Gabr. Saray. ratioquè videtur, quia de ipſius cõmodo tractatur, ad Neuiza. in conſil. 80. Pro Michaele, num. 2. & ſeq. quæ commoditas animo retinetur, ad not. pro dicto ſimili, per Guid. Pap. ſing. 949. Qui ſemel.

10 Q. An Bulla locũ habeat in domo depreſſa, diruta, cõbuſta, et caſalenis quæ locari nõ poſſunt.

Diſtin.

Subdiſtin.

Animus cum actu habitationis, cenſetur vnicus, vſquè ad finẽ.

Si verò vult locare, diſpoſitio huius §. intrat, dùm dicit per eos inhabitari minimè ſolitas, ſed locari. Secundo autem caſu principalis diſtinctionis, vt ſi antè ruinam domus locabatur, locum habet præſens §. Et licèt Bulla dicat, ſi domus locatur, & quòd ideò

eius locationis tempus non verificatur, cum res locari ſolita, tra hi non poſſit ad rem non ſolitam locari, ex quo deficiente qualitate Conſtitutionis, deficere ſolet etiam ipſa Conſtitutio. Reſpondetur, quòd ideò S I X. mentem declarando, apertius addidit, & dixit, per dominos inhabitari minimè ſolitas, ſed locari, vndè domus ruinoſa, & ca'alenum, ſi non locantur, nec etiam in altero caſu per Dominum habitantur; & hoc modo intelligendo, magis ſuccurritur ornatui Publico, quia aliter, Vrbs deformis redderetur, quod ſemper eſt fugiendum, ad tex. in l. 2. §. ſiquis nemine ff. nequid in lo. pub. cum concordan. & ideò dixit Marſil. in Sing. 470. incip. Habens domum, quòd Dominus domus dirutæ poteſt ad vendendum compelli, ſi eam reficere non poſſit, & dixi ſuprà in Prohem. ſub nu. 3.

Ex prædictis ergò patet, quòd Dominus poſt monitionem ſibi factam, non poterit ſe iuuare, dicendo ſe velle ædificare domũq; reficere, pro ſua habitatione, quia calumnioſè ad vicinum excludendum feciſſe diceretur, vt ſentit Leo. x. in altera Bulla, facul. teſtan. & ædifican. in §. 18. incip. Et quoniam ſicut accepimus.

Intellectus. §. Et quoniam ſicut accepimus, in Bulla Leo. x.

Et ſi dicatur, quod Leo ibidem dicit Dominum cogi non debere, ſi à fundamentis reficere inceperit; Reſpon. ipſum §. locum habere vbi domus depreſſa non eſſet ex ſe, per ruinam, ſed per dominum demolita, ad effectum vt à fundamentis reficiat, quia tunc etiam poſt Monitionem poteſt parietes domus rui facere, vt indè fundamenta reficiat, & vt eam habitare poſſit poſt conſtructionem, non autem vt ſolùmmodo aliquid impendere in ſuperficie voluerit, abſquè fundamentorum refectione, quia tunc dignoſceretur velle forsàn domum maiori precio vendere; cũ quandoquè expenduntur. x. quæ pro. xx. vtilitatem afferunt, & æxtimationem alterant, ſicut econtrariò ex foſſione fundamentorũ, a portatione calcis, cementorum, & aliorum ſignorum perceptione, ac etiam iuramento, & obligatione, animus velle habitare percipitur, pro vt aliàs iurauit, ac cum proteſtatione, & obligatione in actis Notarii eiuſdem Magiſtratus obtulit, D. Creſcentia, de Creſcentiis Nobilis Rom. in vna Rom. domus, inter ipſam, & D. Antonium de Maximis, etiam Nobilem Rom. velle ædificare, & habitare quandam domum depreſſam; Et hoc totum dignoſcendum, diſcretioni & Iudicio Magiſtratus relinquitur, propter illa verba, quas vtiles & neceſſarias eſſe putauerint, pro Palatiis, domibus &c. vt dicam in ſeq. Not. Reliqua verò, circà intellectum .d. §. 18. ponam infrà, Poſt §. fi. in Quæſt. decimaſexta.

Idem

Idem etiam dici poteſt (attenta dicta diſtinctione) de alia Quæſtione, An iſte ç locum habeat in domo, in totũ clauibus ſeclusa, & per neminem habitata, vt ſcilicèt conſideretur an prius dominus locabat, aut habitabat, ex quibus vt dixi, animus dignoſcitur.

NOTO Quartò, ex eadem parte, & eiſdem verbis, & particulariter, ibi, putauerint, quòd † per hæc verba datur arbitrium præfatis Iudicibus dignoſcendi domos vtiles, & neceſſarias, concedendas vicinis pro Palatiis, domibus, ſeù aliis ædificiis profanis, & Eccleſiaſt. ob dictum ornamentum publicum, ſinè quibus dictus ornatus conſiſtere ferè non poſſet, ponderando illud verbum, ſeù adiectiuum, neceſſarias, id eſt ſinè quibus res non poſſet conſiſtere, ad not.in.l.1.&.l.impenſæ.ff.de impen.in reb.dota.fac.& in.l.impenſæ.ff.de verb.ſig. cum alleg.per Signor.in conſ. 148. in quæſtione, nu.3. Quę tamen cognitio & arbitrium, licèt per illud verbum ſignificet arbitrium, vt dixi, non tamen liberum denotat, vt libera ſit voluntas, eo modo, pro vt eſt liberum, & quaſi Regium, in caſibus ſcilicèt vbi differentia vertitur inter Publicum, & Priuatum, dum præfati Iudices Plateas, & Vias publicas conficere, ſeù factas reſtaurare, & ampliare intendunt; pro quibus, opus ſit domorum demolitione, ex qua deindè ipſas domos inſtaurare conueniat, vt ſuprà, in.§.2. Quia tunc libera voluntas eis conceſſa dicitur. In cauſis verò priuatorum, vt hic, nõ videtur plena voluntas liberumquè arbitrium tribui, ſed arbitriũ boni Viri, vt ſi quid inter collitigantes, æquum, & iuſtum cognouerint, æquum, & iuſtum iudicent, vt boni Viri; cum illud putauerint, iudicium boni Viri ſignificet, ad not.in.l. fideicommiſſa §.quamquàm, vbi glo.Bar.& alii,ff.de leg.3. 11 Ver. putauerint, an arbitrium ſignificet.

De alia verò Quæſtione, An habens hortum, domunculam, aliumquè locum leuis æxtimationis, poſſit retrahere domum, & Palatium maioris æxtimationis, & valoris, cum non videatur cõuenire vt parua res retrahat maiorem, ſicut econuersò, Dicam infrà in.d.§. Et quia interdum, in.3.Not.nũ.7.

QVINTVS .§. ET INTER DVOS.

IN HOC .§. DATVR FORMA, ET ARBITRIVM DD. Iudicibus diuidendi domos, & loca alia, locari ſolita; ſi duo, ſeù plures Vicini contigui ad dicta loca petendum, concurrant.

Diuiſio, pro Summario.

REFERTVR à Pontifice in hoc §. materia Concurſus, quę in tres partes diuido, ſufficientes pro Sũmario: In prima, SIX. proſequitur narratiuam præcedentis §. quòd ſi ſuper dicto caſu plures ad petendum domum contiguam concurrerint, ille præferẽdus eſt qui maiorem adiacentiam, ſeù indigentiam habuerit, maiusquè ornamentum ab eo ſperari poſſit; In.2.ibi, et ſi in omnibus, dicit quòd ſi æqualitas, ſeù paritas inter eos fuerit, domus diuiden, da aut eorum alteri iudicio Iudicum concedẽda erit; In.3. & vlt.ibi, & in ſingulis, oſtenditur ordo ſeruandus ab eiſdem Iudicibus, circà prædicta.

1 Dictio, ſic, quid ſignificat.

NOTO Primò, ex prima parte, † quòd dictio, Sic, ſignificat vt modus deſcriptus in totùm ſeruetur, ac qualitas in omnibus cuſtodiatur, vt in.l.2. in princ.ff.de condi.inde.de qua etiam in.c.1, in princ.& §. penul. de reſtit.ſpol. in.6.& Mari.Salom. in.l.gallus, in prin.nu.1.& §. quidam rectè, nu. 38.ff.de lib. & poſt. vt ſi fuerint duo, ſeù plures, ſic, id eſt ad Vrbis ornamentum ædificare, ſeù ampliare volentes &c. ille preferatur, cui domus &c.

Si quis verò Textum de ſuperfluitate redarguat, dum dicat ad effectum præmiſſum, quæ verba videntur importare illud ornamentum Vrbis, ſicut illa dictio ſic, Reſpon. Illud ſic, ſolam volũtatem antecedentem in animo conſiſtentem abſquè vllo actu, & illa verba ad effectum præmiſſum ad voluntatem conſequentem cum actu, ſignificant; cum dicat ad effectum præmiſſum inſtantes, illamquè eis fieri petentes, ideſt per monitorium de vendendo domum locari ſolitam, & contiguam.

Adiacentia, Indigẽtia, & ſpes decoris.

Et in textu, pondero illa tria verba, ſcilicèt adiacentiam, indigẽtiam, & ſpem decoris, illudquè primum dicitur, ab ad, id eſt propè.l.quidam, in princ.vbi glo.Bar.& Floria.ff.de ſeruit. vrb. præd. & iacentia, hoc eſt, adherentia, & confine.§.ſi autem Eccleſijs, in Auctẽ.de San. Epiſc. colla.9.&.l.2.C.de bon. vacan. lib.x.& cum domus, varijs modis accipiatur, vt per Corn.in conſ.198. In propoſita conſultatione[nu. 3. Vol. 3. hic verò, ac alijs locis huius Bullę, de ipſa domo intelligitur, quæ ex materia confecta eſt, quæ alteri adiacere magis dicitur, cui in pluribus partibus, ac locis ipſius adheret, & confinat; Et de indigentia dixi, ſuprà in §. Et ſi forsàn contingeret, in.2.&.3.Not.& dicam, in §. 8.incip. Et ſi forsàn duo,

in.1.Not.nu.1. vbi Quæram, an filius poſſit retrahere domum per Patrem venditam.

Ad tertium verò, dico ſpem illam, expectationem & credulitatem eſſe, quæ ſpes, etiam ad multa eſt in conſideratione, Bart. in.l.1.§.qui habebat.ff.de boni.poſſ. con.tab. adeò, vt in plurium perſonarum concurſu, ſi alicuius domus vel alterius loci venditio erit facienda, quaſi neceſſariò vendenda, propter naturam gerundii, de qua per glo. & ſcriben. in Rub.C.de eden.quæ neceſſitas oſtenditur quoque per verba ſequentia, ibi, ad effectum pręmiſſum inſtantes, id eſt ad Vrbis ornamentum, concedi inquàm debet modo prędicto; quia ex iſta cauſa tamquàm neceſſaria, ſi petatur domus vendi, erit vendenda, ac per ipſos Iudices ei, cui magis conuenit, per maiorem adiacentiam, adherentiam, maioresquè, ac plures confines, adiudicanda, ſeù alteri, qui dicta domo magis indigeat.

Ornatus ergo publicus, tamquàm cauſa finalis, & ratio Bullæ, interuenire debet, vltrà ipſam adiacentiam, & indigentiam, propter illam copulam, &, quæ coniungit, de qua dixi ſuprà in §.2. in.3.Not. in prin. adeò vt ſi adiacentia, ſeù indigentia interueneri t, ſpes verò ornatus deficeret, non deberet tunc domus concedi, ad not.in.c.cum ceſſante, de appella. cum ſimil. Pro quorum exequutione ſolet per Magiſtratum inſpici locus differentiæ, & indè omnia, & producta, & circumſtantiæ conſiderantur, vt dicam in §.Et ſi forsàn duo, in.1.&.2.Not.& poſt §. fin. in Duodecima Quæſtione, Quò verò ad ſpem, quæ per ipſam loci viſionem nō poteſt haberi, ſed aliundè, nè Magiſtratus dicta ſpe defraudetur (vltrà aliorum conſiderandorum conſiderationem) ipſum ſic retrahentem condemnat in Sententia, ad cauendum, ſeù ſe obligādum de ædificando, incorporando, & expendendo certam pecuniarum ſummam, vt dicam in §.ſequenti, in.1.Not.nu.1.

Et in iis ſimilibus caſibus fortè conſiderari poteſt id, quod dixit Leo x. in altera Bulla, in §.16.incip. Et ſi inter duos, licèt ibi in alio caſu videatur loqui, & ſic inſimul conſideratur quis inter ipſos cōcurrentes in petendo præuenerit, vt dicam infrà, in.d.§. Et ſi forsàn duo, in.1.&.2.Not.quod tamen intelligendum eſt, cæteris paribus; & hæc omnia Iudicio Magiſtratus, omnibus benè proſpectis etiam in animo conſiſtentibus, repoſita eſſe videntur, cū Lex, multa arbitrio Iudicis committat, vt cumulauit Afflict. in.c.1.ex quib, cau.feu.amit.in vſi.feu.& in hac materia etiam in Tract.Iur. Protomiſ.in §.eſt autem, num.18.

NOTO

NOTO Secundò, ex.2.parte, idem quòd dixi in §. Et ſi forſàn contigeret, in.3.Not.licèt ille caſus, ab iſto ſit diuerſus, ſcilicèt de æqualitate, ac paritate ſeruanda, quia ſi concurreret paritas in omnibus, pro vt adiacentia, indigentia, & ſpes decoris, vnaquè & eadem ratio militaret in vno, quàm in altero ex Vicinis, debet locus ille vendendus, æqualiter diuidi, diuiſusquè vnicuiquè portio ſua conueniens vendi, per ipſosquè: DD. Iudices concedi & adiudicari, quæ paritas pro æqualitate accipitur, ſicut paria æqualia dicuntur, ad Alber. in.l.qui concubinam.§. qui quatuor, in prin.ff.de leg.3.de qua dixi, in.d.3.Not.

2 Paritas, pro æqualitate, et paria æqualia dicuntur.

Pars, multis modis dici, et de qua loquatur Bulla.

Sed Quæro, ex quo pars multipliciter accipi dicitur, vt dimidia, tertia, quarta, & alia minor pars, dummodo non complectatur totum, quia totum tunc diceretur, & non pars, Alber.in Dictio. in verſ. Pars, de qua parte ergò intelligendum eſt, hoc in loco? Et an Magiſtratus, domum, ſeù alium locum diuidere poſſit, etiã in partes inæquales, vt aſſignando vni vicino vnam manſionem, alteri verò cæteras manſiones? Reſpon. Senſus verborum eſſe videtur, vt ſi duo ex Vicinis ad reſtractum concurrant, in partes duas locus ille diuidatur, ſi tres Vicini, in tres partes, ſi quatuor, in 4.&c. & cuilibet ſua portio aſſignanda, vt hoc probari videtur ex verbis huius §.in prin.ibi, & inter duos, ſeù plures, iunctis alijs verbis, ibi, partem vni &c. & proportionabiliter ſecundum magnitudinem coniunctionis, ad Afflict. in.d.ſuo Tract.in princ.Conſtit. nu.60.& in ver.Vt intrà.30.dies,nu.31.& Aymo. in conſ. 61. D.Antonius, nu.4.vol.1.

Appellatiõe partis, quãdo de dimidia intelligi.

Et licèt opponi poſſit, quòd quando non additur dictio reſtrictiua, vt hic, tunc appellatione partis de dimidia intelligi ſoleat, Abb.in.c.ſuper eo, ſub nu.3,de eo qui cog.conſan.vx.ſuæ,& in.c. paſtoralis, de offi.de leg.nu.9 iuncto tex.in.l.1.in fi.C.de theſau.li. 10.Soz.in conſ.272. Non proſequendo, nu,10.vol.2, Affli.Deciſ. 44.de tribus, nu.32.Tiraq.in.l.ſi vnquàm,in ver.omnia vel partẽ, num.8.nihilominus dicas hoc eſſe verum in minori parte, ſeù minori diuiſione, cum breuior diuiſio rerum fieri non poſſit, quàm ad minus duas partes contineat, ad dicta per Per, de Beſſu. in.l.re coniuncti, nu,1.ff.de leg.3.cum concordan. Sed hic in concurſu trium, aut plurium Vicinorum æqualiter indigentium, in quibus etiam conſiderentur aliæ qualitates huius §.per dicta verba, vide. licèt, et ſi in omnibus paritas foret &c.& quia hoc conuenit menti, & verbis, iuxtà.l.nomen filiarum.§. portionis.ff.de ver.ſig. vt ſcilicèt æqualitas in omnibus proportionabiliter concurrat, æqualiter

liter etiam diuidi debet; licèt partes, maiores duabus partibus ſorent; & dicta verba ſeù plures, erunt loco dictæ dictionis aliquæ, quæ ſolet reſtringere, cum pars non ſemper dimidium ſignificat, ſed pro vt ſibi aliquid eſt adiectum ſolet intelligi, vt per aliquos ex Doctor. in ſuprà allegatis locis, & ad not.in.d §.portionis, vbi Alcia.illudquè adiectum, in hoc §.erit ſub illis verbis, ſeù plures; vt dixi.

Quid ſi Vicinus cohereat in maiori parte quàm alius, ſeù i quo concurrat aliud vinculũ, vel ex diuiſione domus petitæ vrbs deformetur, ſeù dom° indiuiſibilis fuerit, remiſſiuè.

Si verò vnus ab vna parte cohæreat, quæ maior ſit altera conuicini parte, ſeù forsàn maior duabus, vel tribus partibus, vel ſi (vltrà contiguitatem) concurrat etiam aliud vinculum, vt affinitatis, & ſimil.ſeù ſi ex diuiſione, Vrbs deformis redderetur, aut ſi locus ille indiuiſibilis fuerit? videatur de iis Vinc.Maxil.in Conſue. Baren. in Tit. de iur. Protom.el. i. in. § fin. per totum, ac de aliis circumſtantiis, vt in.§. 8. incip. Et ſi forsàn duo in. i. Not. nu. i. cum ibi alleg. & per Afflict.de Iur. Protom.in §.idem de ipſo, nu. 2.& ſeq.vſquè ad fi.§.

3 Verba huius tex. ibi, aut corũ alteri, quomodo accipi.

Quæro etiam, † quòmodo intelligantur verba ſequentia huius tex.ibi, aut eorum alteri, prout eis videbitur? quia ſi in vicinis paritas in omnibus eſt, inconueniens erit vt eorum alteri concedatur, cum cuilibet debeat ſua portio æqualis asſignari, attenta paritate, ſitquè eis ſic Ius quodadmodo quæſitum, ipſumquè tollere per asſignationem faciendam eorum alteri, pro ut eidem Magiſtratui videbitur, poſſet dici iniquum, iuxtà Reg. Cancellariæ de non tollen.iu.quæſito, & ibi Gomes, & alii Scriben. & de quo ver. videbitur, dixi in.d §.Et ſi forsàn, in.5.Not. Si pro reſponſione diceretur, quòd dicti Magiſtratus iudicium, verſari debeat in conſiderandis rationibus, ob quas magis mouetur ad rectum iudicium faciendum, vt (ratione officii) in maiorem adiacentiam indigentiam, & ſpem decoris dignoſcẽdo, ac ideò velit magis vni, quàm alteri asſignare, vt hic dicitur; Replicari poterit, quod ſi dicta conſideratione hoc fit, ergò in omnibus paritas non erit, Quid ergò dicendum? Dicas, illa verba, aut eorum alteri, poſſe intelligi extrà caſum in præcedenti verſ. narratum, adeò vt ſi in omnibus paritas non fuerit, ſed vna qualitas in vno ex vicinis conſideretur, vt adiacentia, in alio alia qualitas, vt indigentia, in alioquè decoris ſpes, quòd hoc caſu concedatur eorum alteri, pro ut eis videbitur, & in hoc dicitur conſiſtere illud arbitrium, pro ornamento publico, quia aliter intelligendo, in abſurditatem incideretur, quæ fugienda eſt, vt ſcilicèt ſi forsàn locus eſſet gratificationi, vt voluit, M. Mant. in Tract. Iur. Protom. ſuper.l.dudum. C.

In concurſu Vicinorum, an habeat locum gratificatio.

ſcilicèt cum qualitatibus ſuis,ad not.in. l. ſticcum qui meus erit, vbi Alex.& alii.ff.de leg.i.& in.l.i.§.ait prætor,vbi Bar.ff.nè quid in flum. pub.cum concordan.

Secundo caſu, Subdiſting. Aut quæritur quando Monitorium fit de vendendo, de quo dixi in §.præcedenti,in.3.Not.& dicam etiam in ſeq.Not.Aut de reſcindendo,de quo etiam in dictis locis, & in §. ſeq.in.i.Not.ſi in monitorio de vendendo, iterum Subdiſting. Aut illa pars domus ſeparatim locata, quam vicinus emere intendit, eſt ab vna parte & latere, ex quo ſperari facilè poſſit ornamentum publicum, vbi ſcilicèt ædificium per incorporationem, ampliationem ac decorem fieri poſſit, aut non poteſt ad dictum publicum ornatū ædificari, ſed ſolùm commoditati vicini principaliter deſeruiat, licèt ex tali commoditate prouenire poſſit non ornamentum publicum, ſed vtilitas publica, quorum differentiā ſuprà tetigi,in §.2.in.i.Not. Subdiſtin. Alia Subdiſtin.

Si primo caſu, ornatus ſperatur, tunc videtur præſentis.§. locus eſſe ità,vt vicinus contiguus ipſam partem conſequi poſſit, ſub iam dicta obligatione, ſeù cautione de ædificando ad dictum ornatum publicum, vt dicam in §.ſeq.in.i.Not.quia hoc caſu deſtinatione domini,parieteque intermedio poſito, cenſetur quòd illa pars ſit domus de perſe.l.ſiquis duas.§. ſiquis partem.ff.com.diuid.cum concordan. & ità poteſt procedere tex. in.d.l. appellatione rei, cum aliis ſuprà alleg.quaſi ex ſua deſtinatione, & facto præiudicaſſe dicatur, adeò vt non videtur per dominum poſſe dici, nolo corpus totum meæ domus diuidere,cum quodadmodo duo corpora,ſeù duas habitationes feciſſe dicatur, & hoc maximè ſi ex loci viſione,vel aliter ſeparatio congrua dignoſceretur,aliàs nō,cum vt dicit Rui. in Rub. ff.de no.oper.nun.nu.21.& 40.domus eſt quādo habet debitas partes compoſitas,pro habitatione: & pro ſeparatione prædicta in ſimili eſt tex. in.l.reos.§. cum in tabulis, cum glo. videbantur, & in ver. adiectum, vbi Bar.& alii.ff.de duob.reis & in.l. vxorem.§. agri plagam.ff.de leg.3.vbi heres à teſtatore grauatus vendere fundū duobus,vnuſquè ex eis emere velit, alter verò non, quòd ipſe volens, poteſt heredem cogere ad vendendum ratam ſibi tangentem, & ſic rem diuidere,prout etiam in alio caſu notatur, per tex.in.l. cui fundus.ff.de condi.& demo.Alex.conſ.126.Viſis iis,nu.2.vol.5.& Bertran.in conſ.41.licèt contractus,in 2.par.nec veriori ratione hòc procedere dicitur,niſi quia res fuit effecta diuiſibilis, aliàs nō poſſet quis ad diuidendum,& vendendum cogi,

Quam deciſionem, quia forsàn dura videtur, tempera, vt non procedat in omnibus caſibus, niſi quatenus Magiſtratui per dictam Multa Iudicio Magiſtratus cōmiſſa.

loci viſionem conuenire videatur, ex ratione, quam modo infrà dicam, ità, vt dici poſſit quòd pro vnica domo, & pro duabus conſtructa fuerit, ab euentu, arbitrio domini, vt ſi pro diuiſione filiis facienda forsàn relinquatur, & ſimil. ſeù aliis rationibus, & circumſtantiis conſideratis, ſuper quo non poteſt dari certa regula, cum multa ad dignoſcendum animum, eiuſdem Magiſtratus diſcretioni & iudicio ſint commiſſa, ad dicta per Afflict. in alleg. c. 1. ex quib. cau. feu. amit. in vſi. feu. & de iure Protom. in §. eſt autem, num. 18. aliàs res non diuidatur

Si verò in ſecundo caſu primæ ſubdiſtinctionis ad commoditatē vicini ſolùm deſeruiat, vt quia alio tempore forsàn velit ædificare ad ornatum publicum, interimquè pro ſua commoditate habitationes ſeparauerit, ipſas locando, & quæ forſan etiam non æque diſtinctæ, & diuiſibiles eſſent, quod totum ex viſione loci per Magiſtratum facilè dignoſceretur; & diceretur tunc domus claudicata, ſi pars ipſa ſic pro commoditate diuiſa, cum animo aliàs ædificandi, auferretur; maximè ſi pars illa petita vicino concederetur, & ex illius incorporatione ſpes decoris publici haberi non poſſet, nec admodum conueniret, & tunc crederem non eſſe concedendam; Nam ſi pars ipſius domus, ſeù vna ex duabus domibus contiguis, puta eſſet alterius perſonæ extraneæ, & non eiuſdem domini, quarum vna domus ſeù pars veniret retrahenda, vtiq; ille qui eſſet dominus vnius tantùm domus, ſeù ipſius partis, contiguæ domui, vel parti retrahendæ, poſſet in Retractu cum altero vicino cōtiguo nunc retrahere volente, concurrere; cui forſan ex maiori adiacentia, indigentia, & ſpe decoris, aliiſquè circumſtantiis concedi deberet: ſed ſi modò idem, vicinus eſt, & cōtiguus, dominuſq; & poſſeſſor inſimul totius domus, ſeù domorum, cur debet potius alteri vicino ſolùm contiguo, illa pars, ſeù domus concedi, quàm eidem domino, & vicino contiguo relaxari? quod eſſet contrà charitatem, & regulam illam, aut totum &c. de qua ſuprà in princ. huius §. dixi.

Non conuenit vicino retrahere locū ſibi cōtiguū, à domino ſimiliter habēte alium locum, eidem loco contiguum.

Si verò quæratur de ſecundo caſu ſecūdæ ſubdiſtinctionis, in quo dixi fieri Monitorium de reſcindendo, dicitur quòd totam domum retrahere debet, & non partem, vt patet ex tex. Bullæ, in. §. Et quia interdum, cum teneatur eiſdem precio, pactis, modis, & conuentionibus quibus primus emptor emit, dummodo veris, & non fictis, vt ibi dicam.

5 Q. An hortus, Curtis

Ac ex prædictis poteſt etiam conſiderari, & ſimul decidi alia quæſtio (licèt ferè eadem appareat) ſed ſimilis eſt, † An hortus, curtis, ſtabulum, aliuſquè locus coniunctus, ſeù proximus, vel aliqualiter ſeparatus

tus à domo,deſtinatione domini, omnibus iis inſimul locatis cum domo tanquàm membra, debeant coniunctim à vicino retrahi,ſeù unus locus,uel plures ſeparatim? ſicut etiam quæri poteſt,An retrahere quis poſſit rem ſibi contiguam emptam cum altera non contigua,uel ambas emere teneatur? Ad quæ vltra dicta) videantur etiā Doct.& bene Alcia.in.l.Vrbana prędia.ff.de ver.ſig.& Afflict.de Iur. Proto.in.§.ſcriptum,nu.5.& ſeq.

aliuſquè locus coniunctus, domui poſſit abſq; domo retrahi, ſeù alius locus penitus ſeparatus remisſiuè.

NOTO Tertiò,ex tertia,& vlt.parte, praxim, quam Sixtus docet in illis uerbis,moniti,& requiſiti,ut ſcilicèt in caſibus prædictis procedi debeat uia Monitorii,& ità apud eundem Magiſtratum ſolet procedi,cum termino octo dierum,quo termino elapſo, & nihil reo dicente, idem monitorium exequitur iterum,ſub eodem aſſignato termino, cum Bulla dicat bis cum termino &cæt. Vnde

Stilus in Monitoriis,& itimationibus formandis.

Quæro, licèt Monitoria debeant perſonaliter exequi,& intimari; Quid ſi uicinus citari,& perſonaliter apprehendi non poſſit,ſeù malitioſè latitet,an ſufficiat domi dimictere copiam ipſius? Dicas quòd ſic, conſtito de occultatione; ac diligentia pluries de ipſum occultantem reperiendo,quia citatus domi,hoc caſu, habetur pro perſonaliter citato,ſecundum Bal. in .l. 2. C. de anna.excep.ſub num.5.& Ang.nu.2.cum duobus ſeq.ac Spec. in Tit. de contuma .§.1. in prin. facitquè.l.1.§.ſed & ariſto, vbi Alex.quod vi,aut clàm,Et ità in Vrbe, ſuper exequutorialibus tenuit Rota,in vna Senen. coram R. P. D. Io.Mariaınter illos de Maximis,& illos de Chiſiis, ut teſtatur Cardinalis Creſcen.olim dictæ Rot.Aud.in ſuis Deciſ.manu ſcriptis, num. mihi 151.Exequutoriales.

Q. An ſufficiat domi copiam Monitorii dimicte re,ſeù perſonalis apprehenſio requiratur.

Idemq; terminus aſſignari ſolet,dùm fiunt intimationes ex vrbanitate,& cautela inquilinis,& vicinis,vt dicam poſt §.fi.in Quæſt.ſexta,licèt Decretum Camerale in §.tertio dicat cum interuallo x. dierum; & licèt etiam regulariter monitio de Iure trina ſoleat eſſe.c. ex literis,cum glo.de conſtit.tamen quando prouenit à Iudice, vim trinæ citationis habet.l.2.cum glo.C.quom.& quan.iud.glo.not. in.c. conſuluit,vbi Abb.& alii,de offi.de leg.ac de multiplici citationis effectu,per Bar.in eo.tit.quom.& quan.iud.per totum, tamen coram eodem Magiſtratu ſufficit bina,pro monitione, intimatione, & requiſitione, quæ requiſitio eſt ad memoriam reductio, qualiter eſt ſuus uicinus, & quòd domus eſt ſibi contigua, & habet animum incorporandi,& ampliandi cum ſua,eaſquè inſimul reducendi ad venuſtatem pro Vrbis ornatu,& omnia hęc incluſa videntur ſub eadē monitione,& intimatione,dùm fit in forma ſolita; ſed ſi non paruerit, à Magiſtratu per Sententiam compellitur; ideoquè dixit Sixtus

Monitio pueniens à Iudice,vim trinæ citationis habet.

quòd

quòd Camerarius,& Magiſtri præfati compellere poſſint ad vendendum,ſi illi ad quos pertinerent,moniti,& requiſiti &c. quæ requiſitio intelligitur,vt debeat fieri in eodem monitorio, nec alia prior,neque poſterior ſeparata,vt per ſolam citationem, requiritur;contrà multorum cauſarum Patronorũ opi.dicentium,quòd etiam in caſu huius §.debeat prius dicta requiſitio fieri,quia hoc, per verba tex.huius §. ibi, per Camerarium, & Magiſtros prædictos;bis &c.ſatis liquere dicitur,& ità ſeruatur; ſed benè talis intimatio,ſeù requiſitio,fieri poteſt ad benè eſſe, quæ à multis etiam ſeruari ſolet,abſquè lite viuere deſiderantibus, per quam, ſi vicinus venditioni aſſentit,& vendit, dicitur eidem requiſitioni, & monitioni inſertę.ſatisfeciſſe; nec aliter opus erit Sententia Dominorum Iudicum.

6 Q.Inhibitio, an & quãdo apud DD. Magiſtros Viarum moderetur.

Sed incidenter Quęro, † quia ſolet etiam fieri inhibitio per dictos.DD.Magiſtros,ad inſtantiam vicini, nè quis audeat fabricare,ſeù quid aliud facere,ſub tali pœna,cum clauſula tamen iuſtificatoria,ſiquis autem &c. quæ per comparitionem, in ſimplicem citationem aliàs,ſolet reduci,ad dicta per Alex.& alios in l. de pupillo §. meminiſſe,nu.30.ff.de no. oper. nun. An apud eoſdem, ſtatim,inhibitio per comparitionem moderetur? Ad quòd,(non aliter conſiderando illam differentiam Iuris Ci.& Can.in materia noui oper.nuncia.nec an cautio demolitionis ſpectet ad Actorē, vel Reum dare,vel recipere,reſpectiuè.quam ponit Hier. Zanet. in Tract. Differentiarum vtriuſquè Iur. in Differ. 335.) Diſting.

Diſting.

Aut inhibetur in cauſis Iur.Protomis.& cõgrui, Aut Noui Oper. nun.& Seruitutum,& ab eis dependentiũ;Primo caſu,poteſt moderari,data cautione,vel facta obligatione per inhibitũ de demoliendo,vel de melioramenta facienda nõ petendo,in euẽtum ſuccũbentiæ, & ità quandoquè ſeruatur iuxtà not.in l.vni.C. de no. oper.nun.quia fortè iuxtà voluntatẽ,& modũ retrahere volẽtis, non fierent,nec ei ſeruirent,adeò quòd poſteà demolitione opus eſſet; ad quod tollendum ſolet tamen declarari, quale ædificium & melioramenta conſtruere intendit,vt inter Dominos & ipſum vicinum,conſulatur & informetur, an debeat licentia impartiri, quod, ſolet viſo differentiæ loco,ac citata parte quandoque fieri; & ſi facilè percipiatur eſſe locus Bullæ, domumquè petitam ipſi vicino adiudicãdam eſſe,non ſolet inhibitio moderari,ſed ad expeditionem negocii principalis deuenitur.Secundo verò caſu,nihil ſolet fieri niſi etiam prius citata parte,qua audita,licèt ad viam Iuris reducatur,ità vt debeat indè pro vt Iuris fuerit,petere quod prætendit

prætendit,nihilominus ſolet mandari quòd interim in fabricatione nihil innouetur,maximè ſi per Aduerſarium dicatur non moderari,niſi viſo loco per Dominos,cum viſio in ſimilibus magnæ ſit conſiderationis,vt dixi in.§.2.in.3.Not.& tunc, cauſa aliqualiter cognita moderatur,impartiturque ædificandi licentia,ſi moderanda venit:ſin autem per Sententiam tota cauſa finitur, ideò dixit Rui.in.l.hoc edicto,nu.113.ff.de no.oper.nun. quòd nunciatio ſperni non debet,ſed in ædificio ſuperſederi donec remictatur ut dicit Lud.Bolo.in.l.qui viam,nu.2.vbi alii ſcriben.eo.tit.& hoc receptum eſt,nè fortè fiat Actori præiudicium; ſi ſtatim moderaretur,cum facilè indè euenire poſſet vt ædificatum deſtrui deberet,ſi aduerſarius non foueret Ius,ad not.in.l.an in totum. C. de ædif.priua.ideò rarò ad actum demolitionis deuenitur, ut ſuprà in Prohem.ſub.nu.2.ſed cum temperaméto fit.vt ibi dixi, de qua tamen demolitione per Rui.in.d.l.hoc edicto, nu. 109. cũ duob. ſeq.& Crot.in.l.i.eo.tit.nu.28.cum aliis numer.

NOTO Quartò,ex eadem parte,quòd prædicti; ſic moniti, & requiſiti,ſi vẽdere recuſauerint,vel malitioſè deſtulerint, præfatus Magiſtratus nomine ipſorum requiſitorum, vendere poteſt, vt infrà dicam, in ſeq.Not.† Quę Recuſatio multipliciter fieri dicitur; Quandoquè enim dicitur quis recuſare,re,& verbis; quandoquè re tantùm,& non verbis; & quandoquè verbis tantùm,& non re; Quo verò ad illos qui non recuſant, ſed conſentiunt,ſimiliter pluribus modis conſentire dicuntur: Aliqui enim re,& verbis, declarant velle uendere;vt quando abſolutè libenterquè aſſentiunt, declarantes ſe liberè vendituros,& vendunt; Aliqui,verbis tantùm;& iſti non dicuntur aſſentire,qui in reſponſione Monitorii vendere offerunt, nolentes tamen re, & ſpontè alienare,ſed dictæ eorum reſponſioni addunt, quatènus de iure teneantur,& non aliter,& quòd ità proteſtantur,realiter verò,vt dixi,ex ſe,nollent,niſi cogantur.

7 Recuſare domum vendere,pluribus modis dicitur.

Exempla.

Sed, redeundo ad recuſationem,Exemplum, de recuſante re, & verbis,erit, vt quando quis in animo ſuo vendere non intendit,ſed rem pro ſe retinere cupiens, animumquè verbis declarando,negat ſe teneri; ut in ſimili, quando quis re,& uerbis, hereditatem recuſauerit, prout eſt caſus in.l.recuſari.ff.de acquir.hered. Exemplum uerò recuſantis re tantùm,eſt, ut ſi quis eundem animum hebeat non uendendi, animumquè ſuum non uult oſtendere uerbis, ſed ſe teneri negat, non curans in prima inſtantia ſe defenſare, ſed intendit ſe in ſecunda inſtantia releuare; undè re

tantùm

tantùm recuſans,dicitur contumax,ad not.in.l. recuſare , in princ. ff.ad trebell.Exemplum, de recuſante verbis tantùm , vt quando in actis negat,ſed in animo ſuo vendere vellet,quòd fortè facit ob aliquod fideicommiſſum,ſub quo locus ille ſubiectus eſt,in alienationis euentum ; In omnibus tamen prædictis caſibus,vt plurimū ad publicum ornamentum , viciniquè commoditatem contrà ſic monitos,& requiſitos,ac tenaces Sententia fertur,nomineque ipſorum ab eodem Magiſtratu venditio facta dicitur , ut hic in tex. abſquè alia literarum,Si in euidentem,expeditione;vt dixi in.§.2. in 6.Not.ſub nu.12.

Similiter compellitur is,qui in alio caſu conſentit verbis, offerēdo ſcilicèt, ſe venditurum quatenus de iure teneatur,quæ verba , diſcuſſionem cauſæ,& Sententiam videntur requirere. Sed in alio caſu,vbi abſolutè declarat,& offert ſe uenditurum,ad libitum partis,non requiritur Sententia,niſi forsàn deindè ſe opponeret,malitioſequè differret,vt iàm dixi,quia ibi illud recuſauerint,pro malitioſa dilatione intelligitur,cum ad hoc vt appareat de voluntate , opportet quòd in hoc caſu requiſitio præcedat, vt deindè exequi poſſit quod mandatur,atquè præcipitur,Archid. in c. cum plures,
Ver.differre. in fi.de off. deleg.in.6.& illud malitioſè diſtulerint itelligatur, ideſt calumnioſè negauerint,animo differendi , & calumniandi;& licèt quod differtur,nòn auferatur, .§. libertas,in fi. Inſtit. de ſing . reb. per fide.relic.cum glo.& glo.in.l.quamuis. ff. de arbi. nihilominus ex quo ſiquis calumnioſè differat nè decor Vrbis , viciniquè commoditas locum habeat,compellitur ab eodem Magiſtratu ad vendendum,quia ex illa ſic ſua dilatatione,ille decor interim auffertur & nō datur & ſic malitioſè fieri dicitur,ſi ſine iuſta cauſa quis recuſat,Archid.in.d.c.cum plures,cir.fi.Idemquè dicendum erit,ſi lentè ac negligenter differatur,cum inter ſe videantur equipollere,quia tunc dicetur ſatis de malitia apparere, Archid. in eo.loco : Verùm quia differre aliquid malitioſè , & differre pro ſua commoditate, differunt inter ſe.l.thais ancilla § lucius.ff. de fideicom. liber . ideò dilationem commoditatis includere noluit, pro ut ſi dilatio modici temporis,uel quid ſimile commoditatis eſſet , quo caſu , nè calumnioſè petatur,debet eam in actis ab Officio petere , & nō Monitorium contrà ſe exequutum,negare;ideò Sixtus dixit recuſauerint,uel malitioſè diſtulerint.

NOTO Quintò,ex eadem parte,ibi, præfati Camerarius , &
8 Magiſtri,quòd † praxis eſt apud eundem Magiſtratum, con
Forma inſtru formis huic §.quòd in euentum recuſationis , uel malitioſæ dilationis,

tionis, tacitæ, vel expreſſæ per eum factæ, poſt Sententiam latam, in qua decretum fuit mandatum de ipſum petentem in poſſeſſionem mictendo, ſolet Notarius ipſum in poſſeſſionem mictere, & deindè inſtrumentum Actorum conficere, ipſiquè petenti tradere, quod inſtrumentum continet Monitorium, & eius probationes (propter negationem ſi præceſſerit) vnà cum eius Sententia, ac Mandato de in poſſeſſionem mictendo, & inſtrumento poſſeſſionis captæ, ac in ſumma, omnia principaliora, & neceſſaria penès ſe retinendo, pro defenſione, & manutentione Iurium ſuorũ, amoto quolibet alio detentore, ſi liberè, ſecureque uiuere cupiat, facto tamen prius depoſito per eundem, de valore, & precio rei ſibi aſſignatæ, non conſignando domino dictæ rei, niſi cautio de euictione per eum præſtita fuerit, iuxtà formam Bullæ, & Sententiæ deſuper latæ, (ſeù ſi eam reperire non poterit, inueſtiantur pecuniæ, quæ loco euictionis ſint; & hoc non paſſim fieri debet, ſed Iudicio & diſcretioni Magiſtratus conſiderandum relinqui ſolet) dataquè per retrahentem cautione, ſeù facta obligatione de dictã rem, & locum adiudicatum ſuis bonis contiguis incorporando, ac ædificando; certamquè pecuniarum ſummam ibidem exponẽdo, vt referam infrà, in. §. ſeq.

menti actorum, pro ſecuritate retrahentium.

Quæ omnia, vt dixi, fiunt loco diſpoſitæ ordinationis per Sixtũ factæ, in hoc §. in illis verbis, præfati Camerarius, & Magiſtri, vſquè ad finem. §. & ità ſolet ſeruari; licèt fortè verba aliter ſonent; Et hoc eſt illud inſtrumentum venditionis, nomine ipſarum partium, confectum ab ipſo Magiſtratu, vt dicit hìc tex. in fi. ibi, quòd omnino operantur effectus, quos operarentur, ſi fierent ab eiſdem. Depoſitum verò, penès ædem Sacram, non ſolet fieri, cuius loco fit penès Notarium Magiſtratus, vel aliam, fide, & facultatibus idoneam perſonam, cum cedula Bancharia ipſius depoſiti continente ſummam, de qua in Sententia, & penès Notarium prædictum dimiſſa, ad effectum præmiſſum, de cuius depoſiti ſolutione, & mercede ipſarum cedularum eidem Notario facienda, dicam infrà, in. §. i i. incip. volumus autem; in .i. Not.

SEXTVS .§. PROVIDEANT AVTEM.

IN HOC .§. SIXTVS ADMONET DD. IVDICES, vt ad ornatum Vrbis obligationem de ædificando à vicinis recipiant, ac incorporando domos, & loca petita & adiudicata, ac in eis certam ſummam exponendo ſub pœnis per eos imponendis, cum exactione ipſarum; firma tamen manente obligatione prædicta.

SIMILITER Diuiſio huius .§. in tres partes ſeparati, loco Summarii deſeruiet: in prima conceditur facultas dictis Iudicibus aſſignandi tempus, & ſummam in ædificando, ſub pœna per eos arbitranda; In 2. ibi, & ab illis, mandatur vt dictæ pœnæ exigantur in euentum contrauentionis, cum obſeruantia nihilominus prædictorum.

NOTO, ibi, prouideant, circà hoc verbum; idem quod dixi ſuprà, in .§. Et ſi forsàn contingeret, in. 3. Not. ideò hìc non inſiſtam, ſed referam quomodo hodiè circà eius diſpoſitionem practicetur, & extendatur; Nam † in caſibus quibus quis compellitur per Monitorium de vendendo, vbi domus ſcilicèt ſolet locari, vt in .§. Et nè ob proteruiam, & in caſu ſequētis .§. vbi fit aliud monitorium de reſcindendo; vtroq; modo, Et hìc diſpoſita, non ſolùm in ſuperioribus caſibus ſeruantur, ſed etiam in inferioribus, vt etiam dicam in .§. ſeq. in. 1. Not. ex quo Bulla in decore publico & venuſtate fundari dicitur; Diſponitur ergò quòd vicinus, cui locus aſſignatur, compellatur, prout in Sententia nominatim dicitur, ad ſe obligandum, ſeù cauendum, prout melius eiſdem DD. Iudicibus videbitur, de domum ſuam cum altera ſibi aſſignata incorporando, & ædificando, ad Vrbis ornamentum, pro ſuaque ac ſuorum ſucceſſorum commoditate; quia vt ædificia fiant, hoc ad vtilitatem publicam pertinet. l. præſes; la. 5. vbi Bar. Bal. & alii. ff. de offi. præſid. ac etiam quia in caſu ſeq. .§. ſimiliter conſideratur eadem vtilitas, & ornatus, vt ibidem dicam, ſub nu. 3. ideò Magiſtratus ſolet per Sententiam etiam in caſu ſeq. .§. idem declarare, circà ornatum, quod ſuprà in .§. 4. ſtatutum eſt, licèt in hoc, prima facie, caſus per monitorium de vendendo, diuerſus ab altero per monitorium de reſcindendo, & diuerſa ratio videatur: Et licèt hìc dicat tex. in caſibus prædictis, quaſi ſecus ſit in infraſcriptis, tamen

1 Quantitas pecuniarum exponenda in ædificãdo in domo retracta, ac tempus, & pœna imponen. Et àn in vtraq; cauſa ſcilicet de vendendo & de reſcindendo, hoc fiat.

tamen dicitur hic quòd vicinus volens ædificare, antè omnia ſe obliget ideſt, antequàm cauſa incipiat, hoc fiat, ſed poſtquàm decreuit per monitorium velle petere domum ſibi contiguam, locari ſolitam, tunc antequàm aliquid ex parte rei, & Iudicis in cauſa fiat, debet ſe obligare &c. vt verba tex. ſonant, nihilominus hoc, vſu non eſt receptum, niſi poſt latam Sententiam, iuxtà Dominorum Iudicum declarationem, quam ſeruatam vidi, etiam in caſu .§. ſeq. maximè ſi in monitorio aponantur hæc verba, ſcilicèt, ad inſtan. N. volentis ſuam domum ampl are, & ad publicum ornatum incorporare, & ædificare; ſicut talis ſolet eſſe ſtilus Notarii eiuſdem Magiſtratus, licèt etiam viderim quandoquè ſeruari contrarium, vbi ſcilicèt in monitorio non aderant dicta verba, ſed ſolùm quòd. N. ad ſuam, ſuorumquè commoditatem reſcindi venditionem, & in ſui fauorem factam fuiſſe declarari, petit ſub hac conſideratione, quòd talis vicinus ſuccedat in vniuerſum ius ipſius emptoris, in qua emptione ad incorporandum, ampliandum, & ædificandum, ad publicum ornamentum non reperitur obſtrictus.

Conſulerem tamen, quòd ſemper tàm in vtroq; Monitorio à Notario talia verba deſcribantur, quàm etiam in Sententia à Magiſtratu declaretur, vicinuſquè ad certam ſummam, eidem Magiſtratui benè viſam, in ædificio condemnetur, vt dignoſcatur cauſa finalis Bullarum, ſine quibus Ius Protomis. in Vrbe locum non habet, cum ſint contrà. l. dudum. C. de contra. emp. l. nec emere, de iur. deliber. cum concordan. à me pluries alleg. meritò Bullæ ſemper pub. ornatum reſpiciunt, vt dicam in .§. ſeq. per totum, aliter Pontifices eorum intentione defraudarentur; in Sententia ergò vicinus ad exponendam certam pecuniarum ſummam infrà terminum Sex menſium, vel vnius anni, ſiue alterius temporis, condemnatur, & tàm ſumma, quàm tempus, arbitrio eiuſdem Magiſtratus imponitur, ſoletquè ſumma vt plurimũ aſcendere ad dimidiam, uel tertiã, ſeu quartã partem totius precii domus retractæ, ſiue pluris, minoriſuè, iuxtà loci, & perſonarum conuenientiam, ſub eadem pœna quæ pro expendendo adiecta fuit; Et hoc, nè Princeps huius legis conditor, ſua intentione, ac vrbis decore defraudetur, vt dixi, & nè venditor ſua re propria, & ſua commoditate abſquè ſuo errore priuetur, cum Princeps debeat cogitare pro communi vtilitate, deindè ſingulorum, & laborare vt ſubditi in pace quieſcant, Auctẽ. de hæred. & falcid. in prin. cum glo. coll. 1. & infrà in §. ſeq. poſt nu. 4. in ſeptima ratione publici fauoris.

Princeps pro vtilitate publica deindè ſingulorum laborat.

Et deindè aduerſus prædicta non adimplentem, procedi poteſt ad locum eidem aſſignatum alteri ædificare volenti, vendendum; ipſi ergò primo emptori retrahenti tunc aufertur, cui prius erat ad ſui inſtantiam conceſſus, dùm vicino non facienti fructum ablatus fuit, ac eodem modo idem locus retrahenti auferendus erit, ſi Sententiæ non paruerit, vt dicit Tex. in ſi. huius. §.

SEPTIMVS. §. ET QVIA INTERDVM.

PONITVR IN HOC. §. ILLE TERTIVS CASVS, ſiue pars principalis huius Bullæ, de qua dicitur in eius Principio, ſuper diuiſione, nu. 9. in quo volentes vendere potius vicinis contiguis quàm aliis vendere compelluntur, pœna verò contrauentionis, non contrà venditores, ſed emptores infringitur, cum venditio teneat, & non emptio; ſi tamen vicinus uoluerit, in eiuſquè fauorem venditio facta cenſetur.

Diuiſio, pro Summario.

QVATVOR Partes iſte. §. habet, in quo Tertius Caſus Principalis Bullæ, latior quàm in cæteris narratur, de quo tetigi ſuprà in. §. 4. in diuiſione, & in Princ. Bullæ, in num. 9. In Prima enim, Sixtus narrat quoddam factum, quod tunc quandoquè contingebat, cuius verba narratiua perdurant uſquè ad verba illa diſpoſitiua, ibi Volentes &c: In. 2. ibi Volentes, incipit diſponere, quòd vicinus volens vendere, vicino contiguo emere uolenti, uendere teneatur; In. 3. ibi, & ſi illa, Dictam uenditionem aliis quàm vicinis factam, quò ad ementem, irritat; In. 4. & ult. ibi, debeant, concedit facultatem præfatis DD. Iudicibus abſquè tela Iudicii amouendi ementem à poſſeſſione, uicinumquè ipſum immictendi, ſoluto precio; Et pro ſummario etiam deſeruiat.

1 Dictiones Quia, & in-

NOTO Primò, ex prima parte ibi, Et quia interdum, quòd dictio † quia, accipitur regulariter pro cauſa, Bar. in. l. demonſtratio. §. quod aũt, uer. itẽ quid ſi teſtator. ff. de condi. & demo. illudquè interdum, accipitur pro aliquãdo, ideſt quod non ſemper.

ſit. l.

fit.l.ſeru tutes §.ſtillicidiũ.ff.de ſeruit.urb.præd. & ſic caſum ſpecia lẽ,& raritatem,regulamquè eſſe in contrarium ſignificat.l. interdũ ff.de minor.l.interdũ.ff.de condi.inde.cũ concordan.ut per Tiraq. de Retract.Munic.§.i.in glo.9.ſub nu.221.Coraſ.in.l.admonẽdi, nu.22.ff.de iur.iuran.Idemquè ius ponit,& continuat,ſed factum diuerſum narrat. §. interdum,iuncto .§. pręcedenti, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.defer.cum ſimil. Sed quia priùs uolentes uendere,aliquando uicinis uendere uariis modis, & occaſionibus recuſabant; ideò diſpoſuit,ut tenerentur uendere habentibus &c. cum recuſare aliquando etiam dicatur, licèt quis denunciatus, & requiſitus non fuerit,arg.l.filiam,cum glo.ff.de aur.& argen. lega. ac recuſat quandoquè quis non ſolùm uerbis,ſed etiam facto, de quo etiam ſuprà in §.5.in.4.not.ſub nu.7.& Zuccard. in.l.i.num. 32.C.qui admitt.ideò dixit in nu. 31. quod recuſare hæreditatem adire,non eſt repudiare,ſed medium eſſe inter repudiare,& adire, quod eſt ſubſiſtere, ad.l.quia poterat. ff. ad trebell. & ità declarat Bart.in.l. recuſare, eo.tit. Ad tex. verò in.l.recuſare,de acquir.hæred.quem Bar.intelligit pro malitioſè recuſare,reſpondet Zuccar. ſub clypeo eiuſdem textus, in fi.ibi recuſante Patre, dicens quòd non ſtat pro repudiante;

Quatenus uerò caſum noſtrum capit, dicitur quod talis dominus domus timens nè uicinus eum requirat,an vendere uoluerit, ac quia ab eo tunc timor prouenit,ideoquè uariis modis, & occaſionibus recuſat,ideſt tacitè,quaſi ab eodem timore requiſitus recuſat,cum expreſsè non fuit ſibi notificata uoluntas,qui,ſi expreſsè requiſitus eſſet,deberet alterum ex duobus agere, uel expreſsè negare, uel concedere; non autem uarios modos, & occaſiones ipſius recuſationis quærere, & aliis uendere; cum ergò multi antè præſentis Bullæ ordinationẽ tacitè uendere recuſabant,ideò ad hoc obuiandũ, dixit quòd præfati ſic uendere uolẽtes,teneantur, &c ponderando dictionem,ſic,de qua dixi, in .§. Et inter duos, in i.Not.& hoc modo intelligi poſſunt illa verba recuſant, Cogita. *Primus intellectus,ad verbum recuſant.*

Alium intellectum videtur oſtendere Pariſ dũ conſuluit in caſu præſentis Bullæ,in conſ.123.Incip.Attento tenore Bullæ ſeptimæ, vbi error eſt impreſſoris,& ſcribi debet, Attento tenore Bullæ Sixtinæ,&c.in nu.4.vol.4.dicens quòd in hac Bulla non dicitur quòd volens vendere teneatur vicinum requirere, àn emere voluerit, ſed quòd vicinus uolens emere,teneatur potius requirere venditorem, àn uendere uoluerit, & hoc propter illa verba, uolentes vendere,& recuſant,quaſi Paris.velit dicere,quòd expreſsè requiſitio *Secundus intellectus ad eundem verbum.*

ſitio fieri debeat, ex parte ipſorum emere volentium, à qua ſequitur quandoquè recuſatio, vt cum debitè requiſitus, ſinè cauſa rationabili differt (licèt Paris. hoc non dicat expresſè) tamen hoc probari dicitur ex Auten. vt exact. inſtan. dot. §. illud quoquè, colla. 7. ſed quia nullum verbum in Bulla de requiſitione, & intimatione, niſi interpretatiuè, ſecundum op. Paris. in. d. conſ. ideò dici poſſet quòd talis intimatio non ſit neceſſaria, nec ex vnius, nec alterius parte, ſed ad cautelam, ex vrbanitate, & ad benè eſſe, vt dicā poſt §. fi. in Quæſt. Sexta, non autem diſpoſitiuè, ex verbis Bullæ.

Quinimmo dicendum eſt, diſpoſitionem huius textus generaliter habere locum in quolibet caſu, per rationem publici fauoris, expreſſam in varijs locis Bullæ, etiam in hoc. §. ibi, ſicquè decori, &c. quam rationē Sixtus ſemper dicitur amplexiſſe, & exprexiſſe, per verba modò tacita & præſumpta, modò expreſſa & clara, maximè in prohemio; Diſpoſitioquè ab eadem ratione, & oratione regitur, moderatur, ampliatur, & gubernatur, ad not. in. l. cum pater. §. dulcisſimis, vbi Bar. Imo. & alij. ff. de lega. 2. l. adigere §. quamuis, vbi etiam Bar. ff. de iur. patron. iuncta ea quæ notantur in. l. nominis, & rei. ff. de ver. ſig. in §. verbum, & ibi Alcia.

2 Nec in hoc caſu † dicitur fieri extentio, ſed eadem diſpoſitio, iuxtà tex. in. l. vni. §. 1. ff. de fonte. §. iſtas, Inſtit. quod cum eo &c. cum concordan. & Aymo in conſ. 147. Caterina, num. 2. vol. 1. ac ad congeſta p Cæſ. Contar. in. l. diffamari, in limit. nu. 37. C. de inge. & manu. magiſquè dicitur caſum compræhendere, & interpretationem intellectiuam habere, Paris. Conſ. 83. Pro reſolutione, nu. 21. cum duob. ſeq. vol. 3. quàm dicatur, vt dixi, caſus extendi, licèt Bal. in. l. cum ancillis, ſub nu. 6. C. de inces. nup. dixerit, quòd caſus diſpoſitus & nō ratio attenditur, vt dixi in §. 4. in. 3. not. ſub nu. 6.

Vbi eadem ratio eſt, extentio non dicitur, ſed eadem diſpoſitio, Ac quædam ſuper eadem ratione, & mente.

Ratioquè Sixti ea eſt, quæ diſponit de hac Bulla, quę prior fuit in potentia, quàm ipſa Bulla, cum propter ornamentum vrbis edita fuerit, nō autem Bulla eſt, quæ de ratione diſponat, ad dicta per Tiraq. in Tract. ceſſan. cau. in. 1. par. nu. 137. & ſeq. & 167. cum ratio ipſius, ea eſt, quę portat pondus totius Bullæ, & ſtatuti, Bal. in tit. de iis qui feu. da poſſ. §. & quia vidimus, num. 13. in vſi. feu. cuius verba intellectui, & rationi debent accommodari, & non econtrà, Stefa. de Feder. in Tract. de interpret. Iuris, in. 3. par. nu. 2. cū duob. ſeq. ſubiungens in nu. 22. quòd ille ſenſus capitur, qui magis ordinatur ad finem, & propoſitum ſubiecti, per. l. prætor. §. homines ff. de vi bon. rapt. & facit, quod tradit Paris. in conſ. 16. Videtur, nu. 25. cum duob. num. ſeq. volu. 3. & de ipſa publica vtilitate, per Alex.

Alex.& alios in.l.i.ſol.mat.cum concordan. Ac in terminis huius Bullæ fuit dictum in Vrbe in Rota, in vna Rom. domus, coram R.P.D. de Arago.vt refert Marcel.Cardinal.Creſcen.in Decis. manu ſcriptis,nu.mihi 219.Incip.ſuccesſio conceſſa per Bullam Sixti,& Leo. quòd iſta Bulla reputatur fauorabilis propter Prohemium;quod eſt,propter fauorem publicum, & decorem Vrbis, ad vulg.l.qui exceptionem ff.de condi.inde.l.fi.de hęred. inſti.iun ctis iis quæ dicit Deci.in conſ.301.In cauſa quæ Ferrariæ,col.1.nu. 4.& ſeq.& dixi etiam ſuprà,in §.2.in 4.Not.nu.9. Alia etiam ratione dicitur Bullam fauorabilem eſſe, ſcilicèt commoditatis priuatæ,animiquè vicinorum quiete,& ſatisfactione,licèt in conſequentiam etiam hæc publica dici posſit; quæ ex hoc §. colligitur, ibi æmulis eorundem vicinorum, ſeù perſonis eis parùm gratis &c. quia ſi forsàn extraneus inimicus in vicinia, ac inter viſcera vicini æmuli inducatur, cum habens malum vicinum habeat quoquè malum matutinum,ſcandala indè ac intereſſe magnum forsàn reſultarent,ad not.in.l.quod ſæpe.§.fi.ff.de contr.empt. l. ſi cui fundus,in fi. ff. de leg. 2. pro quo facit etiam tex.in.l.fi. C. de agric. & mancip.domi.& fiſca.lib.xi.

Bullam fauorabilem propter Prohemium tenuit Rota in Vrbe.

Attentâ ergò dicta ratione,& mente,dicitur hunc §.locum habere, non ſolùm vbi volens vendere vendit (etiam quòd fuerit requiſitus à uicino)propter illa uerba recuſant,iuxtà opi.Paris.ſed etiam vbi nulla intimatio à neutra parte facta fuerit, cùm non ſit neceſſaria,vt dicam in dicta Quæſt.Sexta.

Sed redeundo ad verba textus, ibi variis modis, & occaſionibus,dicitur non ſolùm iſtos,ineter ſe differre, ſed ſi cauſam expreſſiſſet etiam inter eas differret,ut de ipſo modo,in.l. cum ii §. uult igitur.ff.de tranſac.ut ſi venditor propter odium, vel fictè, vt cum pacto de retrouendendo, ſimulata donatione, permutatione, aliauè conficta alienatione,diffugiat; De occaſionibus verò, ideſt cauſis non ueris,ſolùm in facto,& non in Iure conſiſtentibus,ſimiliter impediat,prout etiam differentiam inter dictam cauſam, & occaſionem, poſuit Tiraq.in.d.Tract.ceſſa.cau.in 13. limit. nu. 5. cum ſeq.vt alterato & ficto precio,& ſimil. Vndè, uicini perſæpe retrahuntur,ideſt pœnitent,ac retardant ſe ab ædificio, & ampliatione facienda,vt de ipſo verbo retrahere not. in. c. cupientes §. illos,in Clem.de pœnis, ex qua retardatione decori, & uenuſtati, aut ſaltim commoditati uicinorum detrahitur, & ornatus minuitur,ad not.in.l.i.ff.de adim.lega.ideò prouidet,&c.

Differentia inter modũ occaſionem, & cauſam.

Vndè notando ibi, aut ſaltem commoditati, uidentur iſta uerba

ba innuere quòd ſola commoditas uicino retrahenti ſufficiat, & ea tamquàm vnica ratio accipiatur; cum ad veritatem alternatiuam, ſufficit vnam partem eſſe veram, ad c. in alternatiuis, vbi Din. de reg. iur. in. 6. Bar. in. l. ſi is qui. §. vtrùm. ff. de reb. dub. Feli. latè, in. c. inter cæteras, de reſcrip. Io. Ant. Rub. in. l. gallus. §. quidã rectè, nu. 52. ff. de lib. & poſt. Soz. in conſ. 52. Vt veram, cir. mediũ vol. i. Et de natura alternatiuæ, per Fab. Acorombo. in. l. hæredes mei. §. cum ità, nu. 58. ff. ad trebel. & Lud. Bologni. in. l. 4. §. cato, nu. 106. ff. de verb. oblig. ubi de illa dictione, aut, cum concordan.

Siquis verò contrariam Sentẽtiam tenere voluerit, quæ forsàn ob dictum fauorem, vera dici poteſt, vt ſola ſcilicèt commoditas hic non ſufficiat, absquè publica vtilitate, conuenit, ac verum eſt, vt dicatur quòd in hoc. §. vt dixi in Princip. Bullæ, ſuper diuiſione in nu. 9. conſideretur vicini commoditas principaliter, ſecundariò verò vtilitas publica; obiectumquè procederet, ſi verba ità conſcripta eſſent, ſicquè decori vrbis, aut ipſorum vicinorum &c. abſquè illa dictione in medio, cũ tunc eſſet merè alternatiua. Et ſi dicatur, quòd tantò magis alternatiua erit, dùm ſe reſtringit ad commoditatem vicini, vnà cum altera dictione ſaltem, quæ eſt ſubſidiaria & diminutiua, quaſi inferatur neceſſariò illud ad minus attendi debere, Bar. in. l. i. nu. 5. ff. de iur. codicil. tex. in. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem, in fi. ff. de actio. emp. & Paris. in conſ. 34. ſtatutum, nu. 7 vol. 3. ideò obiectum fortius exiſtat? Reſpon. Propria dictionũ natura eſt, eas exuere ac impropriè induere, ſecundum tamen ſubiectam materiam, ad Tiraq. in alleg. Tract. ceſſan. cau. limit. 20. nu. 34. dicentem hoc etiam eſſe generale, & perpetuum in omnibus dictionibus, cum concordan. Sed materia ſubiecta, fuit dicta publica vtilitas, ornamẽtum, & commoditas vicinorum coniunctim conſiderata, vt aliàs dictum fuit, idemquè dicitur in hoc. §. ſub illis verbis, retrahantur perſæpe ab ædificando de nouo, & in aliis ipſius verbis, & hoc propter copulam, ad cuius veritatem oportet vtranquè eſſe veram, & ſimul concurrere, ad alleg. ſupra in. §. 2, in. 3. Not.

Natura dictionum.

Qua declaratione ſtante, & cõcurſu ſic recepto, ſequitur tex. ſicquè decori eiuſdem Vrbis, aut ſaltem ipſorum vicinorum commoditati, non parùm detrahitur, Ponderando dictionem, ſic, id eſt iſtis duobus concurrentibus, de qua dictione aliàs dixi ſuprà in. §. Et inter duos, in. i. Not. & alteram, aut ſaltem &c. quæ videtur importare diminutionem, ac verificare diſpoſitionem non ſolùm in caſu maiori, ſed etiã in minori expreſſo, Vincen. Saluio. in Rub. .ff. ſo. l

ff.ſol.mat.nu.96.tamen licèt hic non firment quomodo accipi debeat,cum variis modis accipi poſſit,vt declarat Nouel.de Iur.Protom.in §.1.nu.124.vſquè ad nu.132. ſcilicèt ſecundum materias propoſitas,nec inconuenit eam aliquandò ponere pro etiam.l.2. vbi glo,& Bal.not.C.de obſeq.patro.præſtan.ideò dix. Bar.in.d.l. ſi is qui §.vtrùm; quòd in legibus,& ſtatutis,dictiones diſiunctiuę ponuntur pro coniunctis,idem voluit in .l. ſiquis ità legauerit, in fi. & refert etiam Abb.in.c.inter cæteras,ſub num. 4. de reſcrip. dicendo quòd in fauorabilibus ſtant copulatiuè, vt hic per ſupradicta; Et comprobatur ex dictis Bar.in eodem §.vtrùm, dùm in ſolutione quartæ opoſitionis dicebat quòd in illo tex.præceſſit coniunctio copulatiua,prout in hoc §.ſed in caſu illius oppoſiti, præceſſit alternatiua, & in dubio obiectum habebit locum ſcilicèt quòd alternatiua ſufficiat, Quaſi omnibus iis conſideratis,ſenſus, & mens Sixti ſit, vt nemo vendere cogatur; tamen per hunc .§. Volens vendere,teneatur vt inferius diſponitur in tex. nè vicinus perſæpe retrahatur ab ædificio, ſicquè decori Vrbis,aut ſaltem cōmoditati &c.quaſi intendens ſi non principaliter vtilitas publica conſideretur, quæ eſt omni reſpectu publica, ob ipſum decorem ſcilicèt,ac ſimul ob commoditatem, à qua prouenit deindè vtilitas publica, vt ſubiiciam, ad dicta in ſimili per Camil. Viſitar. in.l.i. nu.176.& per totam ipſam colum.ff.ſol. mat. cùm ornamentum quòd eſt decor Vrbis,ſit inſeparabile à domo,quæ domus,eſt commoditas, ſuper qua decor ille conſideratur, vndè domus abſquè ipſo ornamento non datur,nec econtrà,poſtquàm domus eſt perfecta,ad eadem dicta per Viſitar.in eo.lo.nu.177.& ſeq. quam vtilitatem magis publicam conſiderare conuenit, priuatæquè commoditati præferri debet(ut ſuprà in.§.1.vbi de tali publica vtilitate in.i.Not. annotaui) ſaltem præferatur commoditas priuata dictæ vtilitati publicæ,& ſic cōmoditas vicini principaliter, & ſecundariò vtilitas publica hic conſiderari poſſit,vt dixi,in Princip. Bullæ,ſuper diuiſione,in.d.nu.9.

A',qua deindè commoditate,ideſt habitatione abſquè difficultate, vt dixi in.d.§.2.in.5.Not.nu.11.ab ipſaquè facilitate habitationis familiæ,poteſt conſiderari quòd non ſolū dicit Sixtus quòd tollebatur occaſio emere volenti, retrahendi ſe à facultate ædificandi,ſed ſaltem à perceptione commoditatis, vt in incorporando, pro faciliori habitatione,& licèt tunc ad ornatum, verſus viā Publicam,nihil forſàn erogatum fuerit,ſed ſolùm pro dicto augumento domus, ratione commoditatis,nihilominus, ex ea etiam

Vtilitas publica ſequi dicitur,cum Reip.interſit,Ciues,commodas habitationes magnasquè domos incorporatas habere, & diuites eſſe,arg.eorum quæ not.Doct.in.d.l.i.ſolu.matr.vndè conſideranda eſt principaliter commoditas,ex qua ſecundariò prouenit vtilitas,ideoquè Sixtus ſtatuit,vt hic.

Vndè Quæro,licèt verba huius.§.à principio vſquè ad verba, Motu,ſcientia,& auctoritate,videantur narratiua, cum de per ſe difficilè ſtare poſſint,ſed terminari ad aliud, nihilominus cum plura verba in principio huius.§.adſint,quæ etiam alibi deſcripta reperiuntur,& quò ad intentionem & rationem Pont.verba narratiua ſufficiant,idem Paris.in conſ.114. Cum reſeruatio, num.22.

3 volu.4. Quæro ergò † cum tex. dicat quo ſit vt ipſi domorum, clauſtrorum,& ſediminum, ſeù aliorum vicinorum domini, &c. de quibus dominis intelligatur,an de vtilibus, vel directis? Et deindè in diſpoſitiua dicatur,teneantur vendere habentibus domos, ſedimina,clauſtra &c. quomodò intelligatur illud verbum habere? Ac demum dicatur,& ſi aliis quàm vicinis pręfatis venderent, qui ſint propriè iſti vicini?

Q.Tex.huius §. loquens de dominis, de habentib. & de vicinis, de quibus intelligatur,cũ plures Domini reperiant.

Quò ad primũ, Bar.in.l.i.ff. ſi ager vectig. videtur dicere quòd ſi ſimpliciter loquatur,de domino directo erit intelligẽdum, & in Rub.de vſufruc. dicit,quòd vſufructuarius quoquè dicitur dominus, ad quod ét Bar.in.l.naturaliter,in prin.ff. de acquir.poſſ.& in d.l.vſusfructu.&.l.qui vsũfructũ.ff.de ver.ob.prout in libello,vbi ſi mentio fiat de dño,de vſufructuario intelligitur,Doct.in.c.de libel obla.lateque de vſufruct. & eius dño,p Tiraq.de Retract.Munic. §.i. in glo.7.nu.55.cũ multis nu.ſeq.ac de differentia inter dñm vtilem, & directũ,per Berengar.Fernan.in.l.naturaliter §. nihil cõmune, in.3.præfatione,num.40. cum aliis num.ſeq.ff.de acquir. poſſ. vbi etiam Claud.Marmer.nu.6.uſquè ad 20.& alii ſcriben.

Et breuiter dicendum videtur,quòd dictio Dominus, pluribus modis accipitur, vt in habente Imperium,& iuriſdictionem,Chaſſen.in Conſue.Burgund.in Prohem.in ver. Signeur, nu.i. & aliis modis,de quibus nũc in limitatione dicam.Ideò limita, ſimulquè diſtinguas, quòd appellatione domini, licèt de Principe intelligatur,Bar.in.l.cum exibuiſſent,in prin.ff.de publi. & vectig. hoc verum eſt, niſi per ſubiectam materiam de alio interpretari debeat, ut ſi de Feudo loquatur,de domino Feudi intelligitur, ad ſcrib.in d.Vſi.Feud.ſi in materia cenſuali,de domino cenſus, ſi de vſufructu,de domino vtili,& ſimilibus,ad Chaſſen.in d.Conſue.in Rub. 13 §. 5.in ver.Auſeigneur,ità,vt ſi loquitur hìc de domibus vendendis

dendis dominis contiguis,de dominis directis in proprio ſignificatu intelligatur. d.l.i. ſi ager vecti .§. qui in perpetuum , Ac etiam quia ultrà proprium ſignificatum,adiecta eſt alia qualitas,dùm dicit ipſorum vicinorum domini,quia quando (vltrà dictionem domini)adiicitur qualitas,ut dominus domus,fundi,& loci,& ſic dominus alicuius rei,tunc uſufructuarius ſolus, ac ſimplex non videtur cõtineri,Bar.in.l.in uenditione,nu.i.ff.de bon.auct.iud.poſſid. quem,ſequitur Alex.in conſ.129.Puto de iure,vol.2.

Tamen uidetur hic etiam tacitè poſſe dici,quòd non de domino ſolùm directo,ſed de directo,& vtili ſimul iuncto, in potiori ſignificatu intelligi , & ſic magis propriè , cum appellatio ipſius rei, & loci,de quo in tex.ſit ille proprius dominus realiter intelligendus.l.rei appellatio,iuncta.l.rei appellatione.ff.de ver. ſig.cum finito uſufructu,dominus directus incipit eſſe plenus dominus , cum prius eſſet nudus,.§.fi.inſtit.de vſufruc.& faciunt ad hoc,dicta per Bar.in.l.uſusfructus.ff.de uſufruc.quia prædictorum appellatio,ex proprietate,& uſufructu inſimul conſiſtit, ità ut altero deficiente , non diceretur quem habere domum,ſed nudam ipſius proprietatem,ſeù nudum uſumfructum,ad.d.l.qui uſumfructum , de uerb. ſig.Guil. Benedic.in.c.Raynutius,in uer. cætera bona,ſub nu. 23. de teſtam.& dicta per Nouel.de Iur.Protom.in Princ. Conſtit.nu. 138.cum multis ſeq.& in .§.i. ſub nu. 52. Et ex iis etiam poteſt intelligi id,quòd ſuprà dictum eſt in .§. Et nè ob proteruiam , ibi , & debeant dominos domorum quarumlibet locari &c.Cogita.

Quò verò ad ſecundum,de uerbo habere,Et ad Tertium,de vicinis, quomodò accipiantur , dixi ſuprà in .d .§. Et nè ob proteruiam,in.3.Not.nu.5.&.6.ubi aliqua de hoc .§. tetigi,& de propria uerborum ſtatutorum ſignificatione,ibidem,num.7. & Nouel.in d .§ i.ſub d. nu.52.

Hoc tamen non uidetur locum habere in eo , qui eſſet dominus ad generationem,ſeù emphiteo.perpetuus & ſimil. quia quò ad diſpoſitionem huius .§. dicitur illum,eſſe dominum habitationis,ſuperficies, ſeù domus , canonem ſolummodò ſoluentem , in quo cadit uoluntas,& poſſibilitas ædificandi , ad Vrbis ornamentum,& ſuam commoditatem , nec tàm facilè conſolidatio directi dominii,cum utili ſperari poteſt,ſicut in uſufructuario ſimplici, de quo in.d .§. fi.de uſufruc. cum aliis adductis, licèt caducitas ob nõ ſolutionem canonis,cenſus,& reſponſionis euenire poſſit, quia ſi iſte domum ſibi contiguam deſideraret , uel alius uicinus ab iſto domum ſuam peteret,ſibi concederetur ; poſſetquè cenſum , ca-

nonem,& reſponſionem affrancare,ut in Bulla Leo.x. De facul. teſtan.& ædifican.in § 14.incip. Et ut dicti domini;cum augumento decimæ, uel maioris partis,ſi alicuius Eccleſiæ fuerint, arbitrio Magiſtratus.

In concurſu vicini & domini, in re emphiteo.ac vicini & vſufructuarii, in proprietate, quis præferendus,remiſſiuè.

In concurſu uerò Vicini,& domini directi,ſuper uenditione rei emphiteo.uel cenſualis,ac etiam concurſu uicini, & uſufructuarii ſuper uenditione proprietatis, quis inter eos præferatur? ultrà Bullam,uideatur Afflict.de Iur.Protom.in fi.Conſtit.nu. 8. & ſeq. Nouel.in eo.Tract.in prin.Conſtit.d.num. 138. cum ſequentibus, & § 1.in.d.nu.52.& Aymo.Publi.in conſue.Aruer.in tit.23. de retraict,Artic.15.

4 Q. An in hoc §.& ſequentibus, fauor pub.reſpiciatur.

Sed quia à † principio Bullæ uſquè ad hunc § excluſiuè, uerba ad ornatum pub.tendunt,Quæro an etiam in hoc § & ſequentibus eundem fauorem, & ornatum reſpiciant? Reſpon. licèt iſte § priuatam commoditatem continere uideatur, per illa uerba, aut ſaltem commoditati,& in ſequentibus nullum uerbum ipſius fauoris dignoſcatur, Nihilominus ſub dicto fauore tota Bulla emanata dicitur,& per cõſequens etiam iſte § multis rationibus.

A' verbis Rub.

Primò,dignoſcitur à uerbis Rubricæ,à qua uirtus ſtatuti, & totius Bullæ percipitur,quæ perfectam orationem continet,ad trad. per Gerar.de pet.ſan.Sig.ſuo.7.incip.Quandò,Bal.in.l.i. ff. de hæred.inſtit.Iaſ.in Rub.Inſtit.de Actio.nu.14.ad quam recurrere cõuenit,Iaſ.in.d.loco,in 2.& 3.argumento,Lud.Bolog.in Rub.ff. ſi cer.pet.nu.2.Alex.& Moder.in.l.i.eo.tit.Aymo.in conſ.61.D.Antonius,nu.i.vol.i.Paris.in conſ.53.D. Hier.nu. 93. cum tribus ſeq. uol.3.cum concordan.

A' Rubrica non coniunctiuè nec alternatiuè loquente.

Secundò,Rubrica non dicit coniunctim ad decorẽ vrbis, & ad uicinorum commoditatem, nequè etiam alternatiuè, unum ſcilicèt iſtorum, Sed ad decorem Vrbis dixit,ideò iſta generalis ratio attenditur,ad not.per Roma.in conſ.104. Pater Reuerende, nu. i.5.& per totum,

A' Principio Bullæ,& progreſſu.

Tertiò,à Principio Bullæ, cuius ratio in quolibet caſu repetita cenſetur,vt dixi,in § Et nè ob protetuiam,in,3.Not.ſub.nu.5.à quo,& eius narratiua arguitur cauſa finalis, & impulſiua .l. fi. vbi ſcriben.ff.de hæred.inſtit.de qua ratione, & fauore publico incluſo in Prohemio,dixi etiam ſuprà hoc eodem not. num. 2.ac idem per varia verba exprimitur in pluribus locis huius Bullæ, & alterius, Leo. X.

Ab abſurdo,

Quartò,Abſurdum eſſet,vt diſpoſita in hoc § haberent locum etiam in bonis Eccleſiarum,ac perſonis & emptoribus Eccleſiaſticis, ſi

cis, ſi

cis, ſi ratione publici fauoris hæc ordinata non eſſent, ad quod prę dicti etiam ſunt obſtricti, vt dixi in .§. 2. in 6. Not. nu. 12, Ideò Sixtus dixit, volentes ſuper hoc æqua ordinatione prouidere, ideſt iuſtitia, dulcore & ęquitate temperata, de bonoquè publico inducta, ad Archid. in c. ius generale, num. 2. Diſtin. 1. & ſic ordinatione æqua, & rationabili, etiam ſtatuimus &c. quæ dictio etiam, implicatiua, ità interpretatur in Iure vt dicit Paris. in conſ. 36. Conuentiones, nu. 10. cum ſeq. vol. 1. vt ſecundum ſubiectam materiam accipiatur; circà quam Sixtus conſiderauit ipſum ornatum, etiam cōtrà Eccleſias, quæ abſurditas ſemper vitanda eſt, l. nam abſurdū, de oper. liber. cum congeſtis per Neuiza. in Sil. nuptia. lib. 1. num. 192. cum ſeq.

Quintò, inconueniens diceretur; ſi ſola commoditas hic conſideraretur, quod patet ibi, abſquè tela Iudicii, cum talia Verba apponi ſoleant, vbi de aliquo fauore agitur, non autem vbi inter priuatos non priuilegiatos differentia vertitur, ad not. per ſcriben. in l. i. ff. ſol. mat. cum concordan. Et cum decorem Vrbis, ac publicam vtilitatem Sixtus amplexus fuit, ideò dixit abſquè tela iudicii, de qua tela etiam tangam hoc eodem §. in 7. Not. — *Ab incouenienti.*

Sextò, per illam dictionem interdum, quę idem ius ponit, atquè continuat, licèt factum diuerſum narret, vt dixi hoc eodem Not. in prin. Nec obſtat. §. Prouideant, dùm dicit, in caſibus prædictis obligationem accipiant de ædificando infrà tempus, & ſub pœna arbitrio Magiſtratus, vbi de caſibus publici ornatus dictum fuit, quaſi ſecus ſit in infraſcriptis, Quia eadem verba etiam adſunt ſuprà in §. Et inter duos, & nihilominus idem ordo, & ſtilus ibi ſignatus, ſeruatur etiam in caſibus infraſcriptis, cum ſit eadem ratio, & repetita cenſetur, vt dixi. — *A', dictione interdum.*

Septimò, Pro intereſſe Reip. quod Princeps curare debet vt in pace ſubditi viuant, ſecurequè quieſcant, vt in Auct. de hęred. & fal. in prin. cum glo. colla. i. ideò non æmulis, & parùm gratis vicinorum, ſed vicinis ipſis contiguis loca concedi debent, à quibus maior ornatus ex ampliatione, & incorporatione ſperari poſſit, quàm ex ipſarum diſunitarum manutentione, fauente diſcordia; ideò tollenda, & ornatus in hoc. §. erit recipiendus, & amplectendus. — *Ab æmulatione reiicienda.*

Octauò, ſemper Bullā fauorabilem interpretationem habuiſſe & recepiſſe dicitur, vt ſuprà eiſdem. §. & notabili, nu. 2. quæ vetera intelligentia, magnæ conſiderationis eſt. l. minimè. ff. de legi. Bar. & repeten. latè in. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. — *A', ſolita interpretatione.*

Nonò,

A', Connexo

Nonò, & vlt.dicendum eſt, quòd in hoc §. non loquitur de Iure congrui ſimpliciter, ſed de annexo cum præfato ornamento, & fauore publico, quia in primo caſu, res ruſtica, paruęquè æxtimationis, non trahit ad ſe Vrbanam, & ſic maiorem rem, vt dicam in ſeq.Not.num.7.& nihilominus omnia loca cuiuſcumquè qualitatis (etiam ſi parua fuerint) hic trahunt ad ſe domos, & alia loca, ac ædificia magna, vt in textu apparet, & dicam in d. num.7. Nec alia ratione hoc dicitur differre à dicto iure congrui, niſi quia etiã eſt cum eo annexum dictum ornamentum, & fauor publicus, vt ibi.

NOTO Secundò, ex ſecunda parte, ibi, ſic vendere volentes, ideſt eo modo, vt in principio præſentis §. nè decori vrbis principaliter detrahatur, vt dixi in præcedenti Not. aut ſecundariò commoditati, ideò ſic, ideſt ut indè detrahatur dicto decori, & cõmoditati; & tunc iſti, ſic, ideſt modo prædicto vendere volentes, teneantur &c. vt de eadem dictione, ſic, tetigi ſuprà in §. Et inter duos; in.i. Not. Ipſi ergò ad hoc tollendum † teneantur, & debeant, ideſt obligati ſint, cum ſit verbum præceptiuum §. item ordo, in cle.exiui, de ver.ſig.glo.teneantur, in.c.duobus, de reſcrip.in 6.iuncto.c.ſi.14.q.i.maximè vbi ponitur verbum debeant, vt hic, quod idem importat, Fortu.Garſ.in.l.gallus, in prin.col.15. nu.54. ff.de lib.& poſt.Rui.in Conſ.110.circà caſum, cir.fi.vol.2.Bertran. conſ.211.Punctus, num. 6.vol.i.Gozad.conſ.51.In hac cauſa, cir. prin.vbi etiam apparet an hoc ſit indiſtinctè verum, & per Fel. in c.nam concupiſcentiam, verſ.de verbo debet, de conſut. & Iaſ. in l.qui iuriſdictioni, nu.8.de iuriſd.om.iud. cum cõcordan. Et in tex. ibi, clauſtra, quæ ſunt loca ſecluſa, muroquè circundata, vt hortus, curtis, aliuſuè locus clauſus, quaſi clauſtrum ſeu clauſura ſit caſtrans habitatores, nè paſſim eis vagare liceat, adeò, vt hic pro omni loco clauſo intelligitur, cum locus multipliciter accipiatur, vt dixi ſuprà in §.i.in 3.Not.& dicã hoc eo.Not.ſub. nu. ſeq.in fi.

Verbum teneantur præceptiuũ, maximè iuncto verbo debeant.

Clauſtrum, quid.

Locus, quid.

Nec in præſenti.§. venderé nemo à principio obſtringitur, ſed libera eſt domini voluntas, merum arbitrium denotans, ab omni æquitate abſtractum, Bal.in.l.cum quidam, nu.i. & 3. ff. de lega.2. ideſt voluntas abſoluta, à qua altera regulata prouenit, quæ à diſpoſitione huius §. regulari dicitur, vt ſcilicèt ſi vult vendere, vendat potius vicino quàm alteri: Impiumquè, ac inhumanum diceretur, ſi cæteris paribus, potius extraneo quàm vicino venderet, cum in hoc caſu extraneus etiam dicitur qui vicinus non ſit, ad not.per Luc.de pen.in.L.vni.C.de imponen.lucrat.deſcrip. colu.x. lib.10.

Voluntas abſoluta & regulata, vltrà aliam diuiſionem.

Impium eſſe

lib. 10. & facit bonus tex. in materia huius Bullæ, benè ad propoſitum forsàn quòd alibi non inueniatur ſimilis, in. l. ſi cui fundus, ibi ſæpe enim confines. ff. de leg. 2. cum melius ſit, vt dicit Vincen. Maxil. in conſue Baren. Tit. de Iur. Protom. in prin. nu. 5. & ſeq. quòd res quam vendere quis vult, potius eam ipſis vicinis contiguis vendere debeat, quibus magis quàm aliis non tàm vicinis tenemur, ideò redeundo ad voluntatem, eam, Bal. in. d. num. 3. dupplicem eſſe dixit, & in. l. potuit, num. 14. C. de iur. delib. vltrà aliam diuiſionem voluntatis, quam tangam infrà in. §. 13. incip. Nulli ergò, in i. Not. ſub num. 1. Et hoc verum eſſe dicitur, ſi dicti vicini voluerint, quia tunc venditiones ipſe &c. & perindè ac ſi &c. — dicitur ſi cæteris paribus potius extraneo quàm vicino, locus vendatur.

Ex quibus verbis Quæro, An venditio alteri quàm vicino facta ſit nulla à principio, ipſo iure, vel veniat annullanda, inſtante vicino? ex quo conſtitutio habet decretum irritans, & annullans, quod omnes ligare ſolet, etiam ignorantes legem, ad not. in. c. penult. cum glo. de præben. in. 6. Capic. Deciſ. 9. In cauſa verten. in fi. Lap. alleg. 74. D. Papa, nu. 9. Paris. Conſ. 29. Contrà ipſum. num. 21. vol. 4. Caſſador. ſuper Reg. Cancell. tit. de decret. in reſeruat. Deciſ. 3. taliſquè dictio perindè, idem quòd in caſu præcedenti demoſtrare videtur, vt per Bal. in. l. ſed ſi lege §. perindè, per illum tex. ff. de pet. hæred. de qua etiam per Ant. Roſel. in Tract. de Legiptima. in ver. ſeù tit. de cau. finali, num. 2. & ſeq. & Aloyſ. de Alber. in ſingul. 136. incip. Dictio perindè. Ad quod breuiſsimè uidetur poſſe dici quòd Domini de Rot. in Vrbe tenuerunt quòd venditio cenſeatur nulla, ipſo iure, ſi vicinus voluerit, in vna Rom. Palatii Montis Citatorii, inter D. Epiſc. Xantonen. de Soderinis, & D. Aloyſium de Gaddis, Die 20. Aprilis 1544. coram R. P. D. Io. Mohedà. quia Iuri dicendi de nullitate præſcribitur ſpacio 30. annorū, Bar. in. l. filio præterito, cir. fi. de iniuſto teſtam. & iuri declarandi, nullo tempore præſcribitur, etiam ſpacio mille annorum, Bal. Salyc. & Iaſ. in. l. poteſt, colu. 4. C. de pact. Balb. in. 4. par. 5. par. prin. in fi. primæ Quæſt. de præſcrip. & de hoc actu nullo dicam etiam infrà hoc eodem §. in. 6, Not. & ratio fundamentalis ea videtur, quia vicino eſt quæſitum Ius, re, vel ſpe, quod tolli non poteſt, ad alleg. per Tiraq. de Retract. Municip. §. 1. in glo. 18. nu. 56. ſicut in alio ſimili dicam infrà eodem §. in. 6. Not. cir. fi. Quod tamen intelligas, ut debeat venire infrà annum; ad petendam dictam declarationem, à die ſcientiæ, vt ità ſeruatur, vt dicam poſt. §. fi. in Quæſt. 6. num. 7. — Q. venditio alteri quàm vicino facta An ſit nulla ipſo Iure. — Decretum irritans omnes ligat, etiam ignorantes legem. — Dictio, Perinde.

Quæro etiam, quia † omnibus eſt conceſſum de rebus ſuis diſponere, ità vt nemo emere nec vendere cogitur. l. nec emere. C. de iur. — 6 Q. An iſte. §.

habeat locũ in eo qui extraneo non vendidit, ſed vendere voluit, deindè ſe pœnituit.

de iur.delib.l.inuitum.l.an vendẽtis,&.l.dudum. C. de contr. emp. vbi Saly.niſi lex ſpecialiter aliter prouideat, vt in.l. vni. C. non lic. habit.metroco.lib.ii.cum ſimil.pro ut fauore Eccleſiæ & hic in caſu publicæ vtilitatis,ut per Igne.in.d.nu.10.& aliis,vt per eundem in nu.95.& Franc.Marc.in Decis.Parlame.Delfi.in Quæſt.535.nu.3.& in Quæſt.636,nu.5.& ſeq. An hoc habeat locũ, etiam quòd facto non vendiderit extraneo, ſed vendere voluit; deindè pœnituit? Reſpon.Qui domum,& alium ſuum locum habitat, nequè de Iure communi, nequè Bullarum, compellitur vendere, cum nemo rem ſuam &c. ideò de hoc non loquor; Sed ſi quis vendere deſtinauit, Diſting. Aut deſtinatio ipſa in mera voluntate conſiſtit,& non tenetur, vt in ſimili, cogitationis pœnam nemo patitur, l. cogitationis.ff.de pœn. Aut ad aliquem actum proximum deuenit,vt ſi volens vendere ſimul de precio,& aliis conuentionibus tractauit,& teneri dicitur, licèt inſtrumentaliter non vendiderit, cum id,ob memoriam tantùm fiat, Auctẽn. Vt præpon. nom. Imper.in prin.&.l.contrahitur.ff. de pignor. quia domum venalẽ fecit, ideoquè tex.hic dicit, & loca venalia, ideſt vendibilia,& ad vendendum ordinata.l.i. iuncta glo.2. C. de rer. permut.l.2. ff. de dona.inter vir. & vx. c. medicina miſericordiæ, de pœni. Diſtin.1. glo.in.l.niſi venalẽm.ff. de rei vendi. Gozad. in conſ. 96. In cauſa mantuana,num.12. Secus tamen eſſet ſi pactum,& promiſsio tantùm de vendendo fieret, Hip.ſingul.469.Dixit profectò,maximè abſquè conuentione aliqua de precio, cum aliud ſit vendere, & aliud de vendendo promittere,ad not.per Pau.de Caſ.in.l. in bonæ fidei num.2.ff.de eo quod cer.lo.

Diſtin.

Domus venalis,quæ dicatur.

Ex quo dici poteſt quòd talis promittens,præcisè ad factum nõ tenetur,cum loco ipſius teneatur fortè ad intereſſe,ergò talis promiſsio de vendendo (quò ad venditionem) non tenet,Alex.conſ.212.Ponderatis,num.18.volum. 6. quem ſequitur Deci. in conſ.502.Ex duobus,nu.8. Soz. conſ.253.In cauſa,nu.6. vol. 2. Corn. conſ.25. Circà primum,num.9.vol.4. Qui ſi ſtatim poſt venditionis tractatum ſe pœnitet,nec firmauerit, conſenſus vendendi preceſsiſſe non præſumitur, ideò ad vendendum non tenetur, Saly. in.l.in vendentis,colum.penul.cir.fi.C.de contr.emp. quem refert & ſequitur Seyſel.in.l.naturaliter, num. 11. ff. de vſucap. Si verò non paciſcatur,nec promittat, ſed abſquè precii expreſsione vendat, licèt venditio ſinè precio nulla ſit, ad not. per ſcrib. inſtit. de emp.& vend.in prin.etiam quòd partes emptionem eſſe ſinè precio velint, Butigel.in.l.mutuum § mutui, num. 24. ff. ſi cer. pet.

tamen

tamen dicitur rem venalem feciſſe, ad trad. per Soz. in .l. ſi quis arbitratu, colu. x. num. 28. ff. de ver. oblig. ideò ad vendendum compelli poteſt, ſicut in deputato ad vendendum carnes, & ſimil. qui poſtquàm oſtendit, & proponit res venales, tenetur vendere, ad not. in .l. ſi quis Magiſtratus. ff. de muner. & honor.

Crederem tamen eſſe limitandum, vt nō dicatur rem venalem feciſſe, ità vt Bulla intret, quando publicè fortè ab omnibus ſolùm paſſus fuit dignoſci domus vendenda, per affixionem ſcripturæ, vendenda dominatæ. in hoſtio domus, ſeù per publicum proclama de vēdendo, ſeù quid ſimile, & eſſet tunc pœnitentię locus; quia non deuenit ad actum proximum, vt fortè propter aliam cauſam ſibi ſecretè reſeruatam, affixionem illam, & proclama, & ſimil. pro ſua commoditate feciſſe dici poſſit, cum intentio Pont. ſit, vt ſi nollens domū ſuam habitare, ſed vendere, per ipſum actū proximum animus dignoſcitur, & obſtringitur eam vendere vicino cōtiguo, pro iuſto, & rationabili precio, per alios &c. de quo precio dicam in hoc eodem §. in. 4. Not.

Si autem voluntas vendendi aliquo modo perciperetur, crederem Bullam intrare, ſed quia hoc eſt difficilis cognitionis, cum ſemper negare poſſet, talem voluntatem habere, nec etiam habuiſſe, & quòd ſi habuiſſet, ſe pœnitet, ideoquè inſtrumētum, ſeù alium actum proximum requiri dicitur, vt ſi ſtipuletur vendere domum precio per Gaium declarando, Gaio autem non declarante nihilominus tenetur vicino vendere, quia rem venalem fecit, vt dixi, & per Doct. in .l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de leg. i. vel quid ſimile, licèt aliàs venditio ſine precio nulla videatur.

NOTO Tertiò, ex eadem parte, quòd Sixtus hìc (ſicut alibi fecit) repetit idem, dicens quòd volens vendere teneatur vēdere habentibus domos, ſedimina, clauſtra, & loca alia, quaſi omnia loca cuiuſcumquè qualitatis ſint, incluſerit, cum locus, etiam minima pars fundi ſit, funduſquè omnem locum continet, Alcia. in .l. quinquè pedum, num. 28. iuncto num. 50. C. fini. regun. adeò quòd loca etiam ſunt abſquè finibus, in quibus aliquid fieri poteſt, Alcia. d. num. 28.

Vndè † Quæro de illa quæſtione, quam promiſi in. §. Et nè ob proteruiam, in fi. vlt. Notabilis, An habens hortum ſeù ſolum, aliumuè locum paruæ ęxtimationis, poſſit domum, & aliud ædificium maioris precii, retrahere? Iſta Quæſtio fuit incidenter tacta coram D. Auditore & Locùmtenente Bo. memoriæ G. Aſc. Sfor. Card. de S. Flora, tunc S. R. E. Camerarii, qui tunc erat D. Annibal

7 Q. An habēs domùm ſeù aliū locū minoris ꝑcii, poſsit rē maioris precii retrahere, in vī Bullarum.

M à Graſſis,

à Graſsis, germanus illius probatiſs. viri, R. P. D. Acchil. Graſsi olim Sacræ Rotæ Auditoris, ac etiam coram DD. Magiſtris Viarum in una Rom. reſciſsionis inſtrumenti venditionis domus, in Monte Citatorio, inter R. P. D. Conſtantinum del Caſtillo, Decanum Eccleſiæ Conchen. Referendarium Apoſtolicum, ex vna, & R. P. D. Hier. Garimbertum, Epiſc. Galles. dominum vtilem horti contigui domus prædictæ, & Ill. D. Maximilianum & Fratres, Dominos de Palumbaria, & D. Siluiam Gaddam eorum Matrem, Tutricem, & Curatricem, Dominos directos eiusdem horti, partibus ex altera, licèt in d. cauſa principaliter de alio quæreretur, ſuper quo multa puncta diſputata fuere. Super dicto verò emergenti nos inſimul dubitabamus, ex quo hortus eſt minus dignus ædificio, & domo, quæ erat ei contigua, an ipſam domum emptam per eundem D. Decanum ab illis de Porcariis retrahere valeat, Et videbatur dicẽdum quòd non, quia eſt res ruſtica, quæ ad ſe vrbanam trahere non conuenit, ad dicta per Ant. Boid. in Rub. C. noua vectig. non poſſ. nu. 42. ac in terminis videtur concludere Afflict. de Iur. Protom. in Princ. conſtit. ſub num. 19. in par. impreſſ. & idem in Deciſ. 223. Incip. In Ciuitate Neapoli, dicens bis fuiſſe ità iudicatum, al leg. in argum. l. fundi. ff. de actio. empt. & l. Lucius § collegio. ff. de leg. 3. Nihilominus concluſimus in tali incidenti, quòd in Vrbe hortus, ſeù alius locus minimus, in vim præſentis Bullæ, poſſit domum contiguam (licèt maiorem) trahere, propter illa verba generalia Bullæ, ſcilicèt & loca alia, vt modo dicam.

Ad afflict. verò reſpondebamus, quòd ideò ibi hortus, & curtis non trahit, quia conſuetudo Neapoli extat, quòd vicinus rei immobilis venditæ poteſt infrà annum rem ipſam retrahere, de nominando ibi rem in genere, quo caſu, res ipſa ſecundum terminos ſuos intelligitur, vt ſi vna res ſubiecta, & ruſtica ſit, quòd aliam dominantem & vrbanam non trahat, ac quia ibi in Curte erat aditus ad domum, hìc verò Pontifex exprimit loca, vt ſi quis habeat domum, ſedimen &c. teneatur vendere habentibus domos, ſedimina, clauſtra, deindè generaliter dicit, & loca alia, vt hortum ſolum, curtem, & quemlibet locum comprehendat, propter illam dictionem alia, quæ eſt repetitiua, ſimilitudinem præcedentium notans, vt glo. alia, in. l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit. vbi Veroneñ. nu. 14. & 33. glo. maiores, in c. ſedes, vbi latè Fely. de reſcrip. Abb. in. c. fi. de pben. Gemi. in c. i. nu. 6. eo. tit. in. 6. Io. de Sil. in Trac. de Benef. in. i. par. Quæſt. 3. nu. 8. Coraſ. in Rub. C. de impub. & ali. ſubſt. nu. 19. Marſil. in Rub. C. de proba. num. 131. Rui. conſ. 68. Quia petitur,

Dictio alia, repetitiua ſimilium.

tur,num.3.vol.5.cum concordan. Et an hoc ſit perpetuum, per Coraſ. Veroneñ.& Marſil.in d.locis,de qua dictione, etiam per Butigel.in.l.i.§.qui pręſens,num.36.ff.de verb.oblig. Gigas. in Tract. Penſio.in Quæſt.28.num.4.Staphil.in Tract.de Gra.& expecta. in tit.de vi,& effec.clauſul.in verſ.ſeu §.ſubſequenter, num.48.& in §.ſunt & alię,num.16. Io. lecitier.in Tract. de Primogen. in quarta Quæſt.2.lib.in §.cum pater,artic.2.ſub num.26. Nouell.de Iur. Protom.in §.i.nu.149.& ſeq.& Rebuff.in lib.Concorda.in Rub. de colla §.præfatique ordinarii,in verb. quàmuis aliam diſpoſitionem,niſi ex ipſa ratione ſimilitudinis, & qualitatis, falſitas vel abſurditas induceretur,vt per Roma.in Conſ.485. In caſu propoſitæ,num.5.adeò vt illa dinumeratio locorum antecedens (de qua in tex.) facit vt ſub illa generalitate non inconueniat hortũ,aliumuè locum minimum, & paruæ æſtimationis includere; & licèt ſimilis domui non ſit, cum domus ſit maior cæteris locis expreſsis, ſaltim ſimilis erit ſedimini, clauſtro, plateolæ, & ſoli; Similis enim prædictis eſt,hortus, & curtis, vel parùm diſtans à ſimili, ſaltim in dictis locis narratis: Vel dicatur quòd non ſemper eadem Dictio ſit prædictæ naturæ,cum quandoquè diuerſificat,ſecundum ſubiectam materiam,vt per aliquos ex Doctor. in locis ſuprà citatis, & quantùm attinet ad textum,licèt domus nobilis,& magna ſit, poteſt etiam nobilior,digniorquè, ac maior effici, ob adherentiam, incorporationem,& ædificium maius conſtruendum, & ad ornatiorem formam reducendum.

Sed ſi talis dictio de per ſe,ac ſeparatè ponatur,ſiue cum alia dictione iungatur, vt quæcumquè, & ſimul. tunc magis generaliter intelligitur, vt dicit Cardinal. Creſcen. in ſuis Deciſ. manuſcriptis, dùm eſſet Sacrę Rotæ Auditor. num. mihi 32. Incip. An facultas Nuncii, Et in vna Barchinonen. Præceptoriæ; coram R. P. D. Io. Paulo Ptolom. in qua quærebatur, An facultas Nuncii Apoſtolici conferendi Beneficia, etiam dignitates compręhendat, vbi fuit dictum quòd ſic, vt ipſe teſtatur, hac ratione, quia in facultate dicebatur, & alia quæcumquè, per verba magis generalia, vbi etiã plures caſus ſimiles allegantur.

Dictio, alia, de per ſe poſita ſiue iungatur cũ alia, magis ſpecificè intelligit.

Eadem ratione decidi poteſt alia quæſtio ſimilis, An domuncula,ſeu domus lignea,vel ex paleis,ſcopis,& aliis operibus cõfecta, more Paſtorali,includatur ſub hoc tex. quæ (cum ſolo non ſit affixa) ſimiliter denominatione domus digna nõ videtur, vt per Io. Annib.in.l.ſi inſulam,num.7. cum ſeq.ff. de verb. oblig. Corſet.in Tract.de Minim. ſub num. 13. Tamen in hoc caſu, ſi ſub nomine

Q. An ſi domus lignea, paleis, & ſcopis conſtructa, includatur in hoc §.

domus non venient, ſaltim ſub nomine ſoli, & loci, vt in hoc textu, verificabuntur; conſideratis circumſtantiis per ipſum Magiſtratum, de quibus dixi ſuprà in §. 3. in. 1. & 2. not. & in §. 5. in 2. not. & in §. 8. in. 1. & 2. Not.

8 Sed quia textus hìc, dicit contigua, † Quæro, quid ſit contiguum? & An ſemper in hoc retractu requiratur quòd domus & alius locus ſit contiguus, nullo intermedio poſito? Reſpon. Contiguum id eſſe, cuius extrema ſe inuicem cõtingunt, glo. contiguis, in c. ſi ciuitas, de ſent. excom. in 6. & glo. contiguum, in c. vni. de conſe. eccles. vel alta. eo. lib. Et differentiam, inter continuum & contiguum, tetigi in §. 2. in. 5. Not. ſub num. 11. Quò verò ad nullum intermedium poſitum, de quo ſuprà, Dicas quòd licèt inter duas domos ſit fortè vicus vicinalis, ipſis tantùm domibus deſeruiens, & non publicę commoditati, vt quia exitum fortè nõ habeat, vel adeò arctus fuerit, vt per eum deambulari non poſſit, (pro ut plures olim ſic in Vrbe reperiebantur,) quod euenire ſolebat vt vicini inter eos complacere in accomunicatione parietis nolebant, ideoquè hoc agebatur dimiſſo ſpacio, iuxtà tradita per Veroneñ. de ſeruit. vrb. præd. tit. de parie. ſeu muro, in cap. 40. de qua ſpacii dimiſſione in fabricatione domus, ſępis, parietis, foueę, putei, ac plantationis arborum, per Franc. Marc. in Deciſ. Parlam. Delfin. in Quæſt. 501. per totum, hodiè verò rari viculi reperiuntur, & ipſi quidem antiqui ſunt, quia Magiſtratus in refectione domorum, & parietum potius tranſcendit limites Iuris, cum de iure debeat ſpacium dimitti de quo not. in. l. fi. ff. fin. regun. & in. l. menaiana C. de ædif. priua. ſeu aliud ſpaciũ prius per legem antiquã Zeno. græcam, ordinatum de qua dicam poſt. §. fi. in Quæſt. 6. ſub num. 8. grauatquè idem Magiſtratus potius vicinum ad dicti muri communionem præſtandam, ſoluta tamen ipſius medietate, propter aerem ſalubriorem, nè immunditiæ in eiſdem viculis remaneant, vel ut fiat murus iuxtà & propè murum, ſeu parietem vicini, ipſum tangendo; nullo ſpacio dimiſſo; ad uicini patientis electionem, quàm quòd refectionem eorundem parietum permittat, relicto ſpacio prædicto.

Quantum verò ad Ius Retractus pertinet, dicuntur eędem domus, viculos ſic habentes, inter ſe eſſe contiguæ, ſicut alia loca; quia uicus, ſeù uia uicinalis in hoc Iure ſeparationem confinium non inducit, nec contiguitatem diuidunt, quin uicinus dicto Iure uenire poſſit, & ſimiliter riuus aquæ, cum dicta Via, & riuus dicantur de pertinentiis, & Iuribus ipſorum locorum contiguorum;

Q. Contiguũ quid, & An in hoc retractu requiratur quòd domus aliuſquè locus ſit contiguus, nullo intermedio poſito.

Via vicinalis & riu' aquæ, ſeparationẽ confiniũ non inducunt.

Io.de Amic.in conſ.81. Quia ex facto,num.10.& ſeq. quod optima ratione in materia Iuris congrui ſic reputatur,de qua per Afflict. in Deciſ.62.Per magnam,num.1.& ſeq.& de Iur.Protom. in .§. eſt autem,numero.11.& Bald. in eod.Tract.num.2.ſecus ſi flumen publicum eſſet, vel via publica, cum tunc non dicantur inter ſe cohærere,nec contigua eſſe,l.4 §. fi. cum.l.ſeq. ff.fin. regun. niſi fortè flumen eſſet deſiccatum, Io. de Amic. in conſ.1. In cauſa & lite,num.17.& Afflict.vbi ſuprà, Et eadem ratione fortè diceretur de domo in Ciuitate,ſi via publica deſereretur, & eſſe publica deficeret: dixitquè loca contigua, & non loca confinia, cum hæc in Ciuitate vicinitatem inducant,& non confine,ad not.in.d.l.4.in fi.ff.fin.regun.& in.l.vrbana prædia.ff.de verb.ſig.

NOTO Quartò,ex eadem parte,ibi pro iuſto, & rationabili precio,per alios,&c.ex quo dixi in.§.4.in.i. Not.quòd precium,vbi de eo in Bulla mentio fit, pro æxtimatione accipitur, licèt aliàs multis modis intelligatur, de quibus per Luc.de Pen. in l.fi.colum.pen.ver.& no.precium.C.de præd.decurio.lib. X. Quæro,quot modis † precium hoc in loco, & tota Bulla cõſideretur? 9 Reſpon. ipſum,modo iuſtum,modo iniuſtum, modo rationabile,& modo iuſtum & rationabile ſimul,conſiderari; quę ex mente Pont.per verba probari dicuntur.

Precium,pluribus modis, accipi.

Quò ad primum, vt in illo caſu domus vendendæ vicino, locari ſolitæ, iuſtum precium propriè eſt,quod per Geometras, Peritos,& æxtimatores æxtimatur,ad not.per Accur.& Scriben. in.l. 2.C.de reſcin.vendi.& ad alleg.ſuprà in d.§.4.in.i. Not.& Fab. de Mon.in Tract.de emp.& vendi.in.8.Quæſt. prin.num. 26.vbi loquitur etiam de æxtimatione per cataſtum; Et de hoc precio æxtimato voluit dicere Six.(ut ſenſus verborum ſonat) in.§.2.ibi, pro precio per duos probos,& expertos viros per vtramquè partem eligendos, determinando, & declarando; vbi ſolùm de tali precio,nec alibi de ipſo,in Bulla diſponitur.

Precium iuſtum.

Iniuſtum precium,illud eſt deuians à iuſto, quod & exorbitans dicitur,ad not.in.c.quæ à iure,vbi Din.& Io.Andr.de reg.iur.in.6 vt ſi excedat dimidiam iuſti,vt per Doct.in.d.l.2. de reſcind. vend. licèt non denominetur per hoc verbum iniuſtum, ſed per alia ſimilia,vt in §.1.ibi,aut longè plus iuſto precio, & non numquàm duplum illius traſcendendo petere,pro eiſdem.

Precium iniuſtum.

Rationabile verò eſt,quod ratio naturalis adinuenit,quaſi à ratione dictum,ac rata,firmaquè opinio,& motus animi ſit, ad not. per Archid.& alios in c.conſuetudo 12. diſtin. cum ratio ſuadeat

Precium Rationabile;

vt precium per partes conuentum, ſoluatur; Vndè rationabilis, quaſi naturalis ratio dicatur, cui rationi, & æquitati dictum preciũ conuenit; quod tamen à iure (modo quo probari dicitur illud iuſtum) probatum non dicitur, ſcilicèt per peritorum æxtimationem à Iure inuentam; Quod rationabile, duobus modis poteſt conſiderari; Primò, vt ſi quis pro precio centum ſcutorum cum aliquo, de aliqua re cõuenerit, in caſu vbi quis nõ cogitur vendere, quia domum non locat, ſed ex propria voluntate vendere vult, effectu aliterquè vendit, in præiudicium vicini volentis emere, illaquè centum, precium iuſtum ſint, ſeù parùm pluris minoriſuè diſtans à iuſto, ut de precio annotato per Doct. in d. l. 2. de reſcin. vendi. & per Io. Nider. in Tract. de contract. mercato. in cap. 2. num. 12. dicentem, quòd modica additio vel diminutio non videtur tollere Iuſtitię æqualitatem, in foro fori, & in foro poli (ſi ignoranter & ſinè dolo fiat) & in hoc caſu ratio videtur obſtringere vt eadem cẽtum, per vicinum retrahere volentem ſoluatur, & non minoris quantitatis, conforme illi rationi, & æquitati, vt nemini iactura inferenda eſt; damnumquè vendenti reſultaret, ſi ſummam ab alio inuentam, non reciperet; ad not. in c. locupletari, de reg. iur. in. 6. & Tiraq. de retract. Municip. ad fi. Tit. num. 52. dummodò verè & non fictè precium oblatum fuerit, & conuentum; & in hoc, Iudicem multum prudentem debere eſſe ait, ad dignoſcendas fraudes, vt ſi eſſet enormis læſio precii, aliiſquè coniecturis, ad hoc ſufficietibus, ad not. in. l. apud celſum, in prin. cum glo. ff. de exceptio. dol. cum concordan. Et hoc eſt quod voluit dicere Sixtus, infrà eo. §. dùm ait, quòd venditio alteri quàm vicino facta (quò ad ementem) nulla ſit, in fauoremquè vicini facta intelligatur, ac in poſſeſſionem dictæ rei per DD. Iudices mittatur, ipſo vicino inſtante & precium rationabile offerente; ideſt illo precio, quod ab emente, & vendente conuentum fuit; cum inter alias rationes dicit M. Mantua. in Tract. Iur. Protom. ſuper. l. dudùm C. de contr. empt. ſuper Quæſt. poſt glo. fi. in Quæſt. 3. neminem contrahere gratiosè debere, & ſinè damno venditoris debeat intelligi. l. 2. §. meritò, & §. ſiquis à Principe. ff. nè quid in lo. pub. & antè eum, Soz. in. l. qui Romæ. § coheredes, cit. fi. ff. de verb. oblig. vbi etiam Cagno. aſſentit. quia ſatis eſt vicino gratificationem facere; dummodò illud precium fraudolentum non fuerit; & aliter intelligendo non conueniret literæ, nec menti, iuxtà. l. adigere. §. quàmuis. ff. de iur. patron. & hanc opi. vltrà prædictos, ſequitur Feli. in c. quæ in Eccleſiarum, colum. 21. in ſexta declaratio. ſecundi membri tertiæ concluſionis

Primus modus.

ſionis, num. mihi 36. de conſtit. Boer. Deciſ. 76. Et primò videtur, num. 8. Vinc. Maxil. in Conſue. Baren. in Tit. de Iur. Protom. in §. venditor, num. 5. cir. finem.

Secundò, vt in precio per peritos declarato, vt ſcutorum quingentorum, quod deindè per eundẽ Magiſtratum, conſideratis aliquibus cauſis, ac rationibus alteratum eſſet, prout commoditate retrahentis eiuſquè diuitiis, & ex aduersò forsàn paupertate coactè vendentis, cum priuatione ſuæ commoditatis, & bonorum, & forsàn antenatorum ſuorum, quæ ob commoditatem & ſubuentionem locantur, vel pietate altera, vt ſi eadem bona alicuius Eccleſiæ fuerint, quia tunc in Sententia, non aliter facta mentione de tali æxtimato precio quingentorum ſcutorum, ſed ſolet idem Magiſtratus declarare ipſum retrahentem teneri ad ſoluendum ſcuta quingenta & quindecim, ſeù viginti, aut quid ſimile pluris; & hoc modo tale precium per Magiſtratum impoſitum, dicitur rationabile, quaſi rationabiliter declaratum, & hoc videtur eſſe id, quod dixit Sixtus ſuprà in d §. 4. ibi, & antiquis reformandis, & amplian dis, pro iuſto & rationabili precio, vt præmittitur imponendo; & paulo poſt, ibi, vel palatia conſtruere, ſeù iam conſtructa ampliare pro iuſto & rationabili precio, vt præfertur taxando; qui modus prælatus, eſt ille, de quo in §. 2. vbi res æxtimatur per duos, in euẽtumquè diſcordiæ per Magiſtratum imponitur, & declaratur; cui (conſideratis conſiderandis) facultas conceditur, vt in textu. *Secundus modus.*

Iuſtum verò, & rationabile ſimul, duobus modis ſimiliter conſiderari poteſt, Primò, vt precium æxtimatũ per peritos, de quo ſuprà, cui poſtea iungatur aliquid, non à Magiſtratu, ſed tantùm à vicino emere volente, qui ratione commoditatis illud pluris offerat (vltrà ſummam iuſtam) participãs de vtraquè ſpecie, ſcilicèt de iuſto, & rationabili; de quo ſuprà in §. 1. ubi vicini aliquandò recuſant ſibi ad inuicem complacere, pro iuſto, & rationabili precio, & paulo poſt, ibi, oblato etiam perſæpe plus quàm iuſto precio, id facere nullatenus velle; & ibi, ſimiliter oblato eis etiam iuſto & rationabili precio, nè id fiat pertinaciter &c. *Precium iuſtum, & rationabile ſimul, duobus modis conſiderari. Ptimus modus.*

Secundò, vt ſi ab extraneo offerantur centum, pro domo, quę ſi æxtimaretur, ad idem precium aſcendiſſet, nihilominus dominus non vult complacere niſi ſoluto ſibi precio, ut centum & viginti, pro quo conueniant inſimul, & firment; & erunt tunc illa centum precium iuſtum, illaquè verò uiginti, rationabile; & precia indè ſimul iuncta, erunt precium iuſtum, & rationabile oblatũ, & hoc videtur eſſe id, de quo in hoc textu, ibi, pro iuſto & ratio- *Secundus modus.*

nabili

nabili precio, per alios euidenter & non fictè forſitàn oblato; quo caſu decet ut ſi alter non uicinus ſic uerè obtulit, & non fraudolenter conuenerit, ad utilitatem domini domus, quòd etiam vicinus contiguus maiorem commoditatem quàm extraneus recipiens, eodem precio emat, & non minori; ideò textus inferius dixit, ipſo vicino inſtante & precium rationabile offerente, id eſt, etiam illa viginti, vltrà precium iuſtum, ad quod faciunt not. per Doct. & benè per Soz. ſenio. in. l. qui Romæ, in. d. §. coheredes in fi. & ibi Cagno. ff. de verb. obl. ac Afflict. in conſue. Regni, Ad ſubiectorum, in 4. & vlt. Not. & Arno. Ferro. in conſue. Burdegal. in Tit. de Retract. in. §. 7. in fi.

Retrahens, ad quale preciũ teneatur, ſi diuerſa sũma pluries res vendita fuerit, remiſſiuè.

Quid ſi res per plures manus infrà annum tranſlata fuerit, quia ab vltimo emptore retrahens accipere & vendicare debet, vt per Gozzad. in conſ. 25. viſo, num. 7. & dicam etiam poſt. §. fi. in Quæſt. 8. in eius ampliatione, ad quale precium teneatur, ſi in vna venditione maius precium ſolutum ſit, quàm in alia, remitto ad dicta per Tiraq. de Retract. Municip. §. 12. in glo. 1. num. 6. vſquè ad 25.

10 Euidẽtia Triplex, Facti, Iuris, & probationis.

NOTO Quintò, ex eadem parte, ibi euidenter & non fictè forſitan oblato, † Quòd euidentia triplex eſt, Iuris, Facti, & Probationis, ut not. Io. à Graſſ. in Tract. Arbor. Iudic. in Rub. de Arbo. Iudic. in. 3. Flore, de notori. ſiue euiden. facti, Sed propriè ac ſtrictè ſumendo euidentiam, de ea quæ facti eſt; intelligitur, ad tex. in. c. dudum, el 2. ibi, euidenter apparet, de electio. Et ità pro ſtatutis (vt in caſu noſtro) vt de notorio dicit eſſe notandum Io. Andr. in c. veſtra, de cohab. cler. & mul. ac tantò magis, quantò verba clarè hìc dicunt conſtare debere euidenter, & non fictè, ſcilicèt per inſtrumentum, ſcripturam priuatam, vel teſtes fideles, quæ facti euidentia (vltrà confeſſionem) dicitur optima, & ſuperlatiua probatio, cum euidens, notorio & manifeſto æquipararetur, Parſ. in conſ. 33. Vt præſens conſultatio, num. 67. volum. 3. per quam euidentiam omnis præſumptio ſubuertitur, idem Parſ. in conſ. 12. Tranſactio, num. 60. vol. 2. niſi in hoc caſu in contrarium fictio, & ſimulatio probaretur, quia tunc (vt ex verbis huius textus apparet) admitteretur.

Euidens, quid.

Euidens ergò, de quo hìc, eſt quod manifeſtè liquet, vt videtur dicere Bal. in. l. ea quidem, num. 28. cum ſeq. C. de accuſa. c. ſi fortè, cum glo. de electio. in. 6. & quod palàm eſt, ſeù palàm eſſe poteſt, id dicitur apparere, adeò vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, Pau. Girlan. in Tract. de Quæſt. & tortu. in 3. q. num. 12. cum duobus ſeq. Archid. in c. eorum 11. q. 3. prout de euidenti Eccleſiæ vtilitate

ſtate dicitur,dùm contrà Titulum de Reb.Eccle.non alie.alienantur bona,in eius tamen euidentem vtilitatem.

Quò verò ad Fictionem,dicitur ipſam requirere ſubiectum habile,fieriquè ſuper re certa,& vera, quia ſi ſuper incerto fieret, diceretur præſumptio,in qua incertitudine lex non fingit,Bar.in.l.ſi is qui pro emptore,num. 24. cum aliis num. ſeq. vbi etiam Iaſ.ff. de vſucap.glo.præſumitur,in.l.vni.§.accedit.C.de rei vx.actio.glo. præſumptione,in.l.penul.ff.quod met.cau.& Paris in conſ.77.ſub ſcripſi,num.7.& ſeq.volum.1. Fictio.

Et de differentia inter euidens,notorium,manifeſtum,præſumptionem,ſuſpitionem, fictionem, famam, & iis ſimil. quia omnia hìc non conueniunt,remitto me ad dicta per Bal.latè in.d.l.ea quidem,& Archid.in.d.c.eorum,& c. manifeſta, cum duobus ſeq.ad Ant.de Bvt.in d.c.veſtra,num.30.cum ſeq.& in c.fi.de cohab.cler. & muli.in fi.& ad dicta per Ghirlan.in d.q.3.per totum. Differentia inter Euidēs, Notoriū, Manifeſtū, Præſumptionē, Suſpitionē, Fictionē, Famā, & ſimil. Remiſſiuè.

Sed redeundo ad precium,de quo in textu,duo in eo copulatiuè requiruntur,vnum videlicèt, quòd ſit euidens, alterum quòd ſit verum,& non fictum ; quia licèt aliquid ſit euidens per ſcripturam,vel per teſtes, poterit tamen adeſſe aliqua circumſtantia per quam precium offuſcaretur ; pro vt ſi deindè fictum dignoſcatur vt de offuſcatione ſimili erit,vt ſiquis coràm Populo fuerit occiſus & ſic euidenter conſtet de delicto,poterit nihilominus eſſe,vt occiſor ad ſui defenſionem fecerit,iuxtà.l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.c.ſignificaſti el.i.in fi.de homicid.cum concordan. ob quam circumſtantiam excuſaretur,homicidiumquè offuſcaretur, & ſimilibus caſibus ; ita, & hìc, ſi precium euidens ſit in contractu, quod confictum deindè repertum eſſet, diceretur offuſcatum id, quod euidenter prius apparebat. Preciū offuſcatum.

Vndè Quæri poteſt, † An tempus retractus ei currat,cui venditio denunciata fuit, ſub certo precio, quod deindè falſum compertum fuerit? Reſpon.quòd non,quia intimatio, & ſcientia precii,& qualitatum,debet eſſe vera, & certa, non autem falſa, & ficta ; nec certus quis dicitur de incerto precio, cum non ſit verè redactum in actu,quod in hoc caſu eſt,ac ſi denunciatum non eſſet, arg.l.eum qui.§. cum igitur.ff. de in diem adiec. vbi emptor non verus, & ſimulatus à venditore inuentus, perindè eſt, ac ſi non exiſteret,& arg.l.ex initio,vbi Bal.& alii C.de fal.vbi falſus titulus, non eſt titulus,adeò vt in hoc eodem caſu, habita notitia ficti precii,poterit etiam poſt annum retrahere, quia ſi ſuſcepit onus intimandi (quod facere non tenebatur) debuit precium, & omnes 11

Q. Tempus an ei currat, cui venditio denunciata fuit ſub certo precio, qđ deinde falsū compertum fuerit.

qualitates veras notificare, vt etiam dicã infrà poſt §. fi. in Quæſt. Sexta, prout in emphitheota, non verè denunciante precium Domino, vt per Tiraq. de retract. munic § 4. in glo. 2. num. 1. & in hoc caſu verum & euidens precium non eſt; cum de non ente non poteſt dari, nec dici ſcientia, vel notitia, tempuſquè retrahendi adhuc curſum ſuum non habuit.

Et ſi dicatur quòd illud dictum ſcilicèt id quod non eſt, euidens dici non poteſt, procedat verumquè ſit in caſu vero, per facti euidentiam, non autem in caſu euidenti per fictionem Iuris, vt quando Ius fingit, ac præſumit aliquid eſſe euidens & certum, & quòd de Iure ità teneatur, & reputetur; vt in Sententia quæ de Iure pro veritate accipitur, licèt contrarium aliquando poſſit euenire. l. 1. & ibi Doct. ff. de re. iud. cum concordan. Reſpon. Sixtus hic ideò apoſuit illa verba ſcilicèt & non fictè, quaſi illam fictionem excludere voluerit, & ſolùm veritati fauere, ac ad maiorem expresſionem & intellectum intendat Iuris diſpoſitioni eſſe conformem, cum in qualibet conceſſione & permisſione ſoleat intelligi fraus excepta. l. creditor. §. Lucius in fin. ff. manda. cum congeſtis per Nouel. de Iur. Protom. in. §. 4. num. 39. iunctis iis quæ dicam in numero ſeq.

Fraus excepta eſt, in qualibet conceſſione.

12 Et ex prædictis Quæro,† Quomodo probetur talis euidens oblatio, & euidens precium, in hoc caſu? Reſpon. Tribus modis principaliter probari dicitur, apud eundem Magiſtratum, licèt aliæ, & quidem multæ ſpecies probationum reperiantur, quarum, viginti diſtinctas ponit Rebuff. in lib. cõcorda. in Rub. de Reg. ad Præla. §. vlt. in ver. ſpecie probationis, in vlt. impreſſ. Primus ergò in caſu noſtro eſt, per Inſtrumentum publicum, in quo de precio conſtet, de qua probatione per Bald. & alios, in Rub. de fid. inſtrum. Secundus, per ſcripturam priuatam, teſtibus obſignatam, & quandoquè iuramento munitam; de qua per Bar. in. l. admonendi, colum. 4. ibi, pro declaratione. ff. de iuiuran. & Rom. in conſ. 204 Pro diſcutienda, num. 1. cum aliis ſeq. Tertius, per teſtes fideles, ſu per conuentione venditionis, & oblatione facta, vt in Rub. Decretal. ff. & C. de Teſti. cum teſtes, & inſtrumenta parem vim habere videantur; cæteri verò modi probationum, ſeù partes ipſarum vt præſumptiones, coniecturæ, rationes naturales, & ſimiles, huic Bullæ non conueniunt, niſi in adminiculatiuis.

Q. Quibus modis probetur euidẽs oblatio, & euidens precium.

Et ex hoc etiam Quæri poteſt, Quomodo probetur precium confictum ad fraudandum vicinum inuentum, vt maiorem ſummam quàm fuerit in veritate, perſoluat? ut multi etiã hoc facere ſolent,

Preciũ fictũ ad fraudandum, inuẽtũ quomodo ꝓbari dicatur.

ſolent, vt teſtatur Bal. in Tit. Quali. feud. alien. poſſ. in §. porrò in princ. in vſi. feud. Reſpond. Hoc eſſe difficilis probationis, & in dubio inſtrumentum non præſumitur fictum .l. cum precibus C. de proba. vbi glo. & Docto. nor. cum concordan. ſicut etiam alia ſcriptura; immo in re dubia in meliorem partem interpretari debemus, tamquàm præſumptionem nobilem. c. extote miſericordes, de reg. iur. glo. dubitatur, in c. fi. de vſur. iuncta .l. meritò .ff. pro ſoc. cum glo. nimirùm ſi apud eundem Magiſtratum nunquam talem precii fictionem viderim, ſed benè alium caſum vidi, vt ſi quis intendens vicinum non dico in ſolo precio, ſed in integra re, & negocio, ac conuentione principali fraudare; vt cum in eius mente & animo ſit, ipſum vicinum excludere, nè veniat ad retractum; confingatque alium contractum quàm venditionis, Iuri Protomis. non ſuppoſitum; ſeù ſi fictè domum ſuam habitet, quã prius locare ſolebat, vt prçiudicet vicino contiguo, & aliis modis fraudandi, ad quod multa congerit Afflict. de Iur. Protom. in §. niſi quis, num. 2. vſquè ad num. 15. quibus tamen deſcribendi fraudes finem non inuenire ait, ideò in num. 14. dixit quòd aliæ hominum fraudes (vltrà narratas) inueniuntur, & per Nouel. in eod. Tract. §. 2. num. 122. & in d. §. 5. num. 39. Tiraq. de Retract. Munic. §. 1. in glo. 7. nũ. 75. & ſequentib. & Chaſſen. in conſue. Burgund. tit. de Retraictz. in Rub. X. §. 12. in ver. Sela fraude, num. 1. vſquè ad 17. cum verbo, & numeris ſeq. Et de dolo bono, dixi ſuprà in §. 2. n. 5. Nót. ſub num. 10. & aliqua dicã infrà, poſt §. fi. in Quæſt. XVI. Et in cæteris remitto me ad ſcriben. in locis ſuprà citatis, & ad Veronen. in Tract. de ſimula. contract. cuius aliqua hic applicare quis poterit, & facit etiam Rom. in conſ. 304. Plura ſunt, Afflict. in d. §. 4. per totum, & Nouel. in d. §. 2. num. 150. & ſeq. 175. & ſeq. & in § 4. num. 65. cum duob. ſeq.

Inſtrumentũ in dubio validum præſumi, tamquã præſumptio nobilis.

Fraus.

Attenta igitur huiuſmodi probationis fictionis difficultate, poterit vicinus cupiens retrahere, iuſiurandum ab emptore & venditore petere, in actiſquè præſtari facere, & exhiberi, ſcilicèt ſuper vera, & non ficta quantitate precii, ac animo hinc indè emendi, & vendendi; an bona fide vel fraudolenter; vt eſſet, ſi nõ pro ſuo, & ſuæ familiæ vſu, ſed alterius, accepiſſet; vt hoc idem ſuper Proximitate dixit Aymo. Publi. in conſue. Atuer. Tit. 23. de Retraict. artic. 33. cum aliis, & vt hoc etiam ſeruari mandauit Feder. Imper. in ſua Conſtit. Sancimus, ibi, ideoquè illi qui habent Ius Protom. vbi etiam latè per Scriben. Quia idem Aymo. in Artic. 14. etiam dicit, quòd Ius retractandi non poteſt cedi, cum ſit perſonaliſſimum, &

Fictio, difficilis probationis eſt.

Retractus eſt etiam ius perſonaliſſimũ competens

vicino ratione rei, dum eſt vicinus, licèt reale dicatur, ideò nõ ceſſibile.

Pœna periurii remiſſiuè.

Q. Cõtractus ſimulatus an ipſo iure null°, remiſſiuè.

13 Q. An liceat ingenioſè fraudare, nec Bulla locũ habeat remiſſiuè.

Caſus vbi vẽditio tenet, ẽptio verò non, contrà regulã quòd actus nõ poſſit pro parte valere &c.

ità in caſu Bullæ idem dicendum eſt, quia hoc in priuilegium cõceditur, durante vicinitate & contiguitate, & ſic perſonæ, non vt perſonæ; ſed ratione domus, reiquè coniunctæ & contiguæ aſcribitur; vt ſuprà in §.4.in.3.Not.ſub num.8.

Pœna autem eius qui periurus fuerit, fraudemquè feciſſe reperiatur, conſcribitur ab Afflict.in.d.§.niſi, num.20.quam, cum huic Bullę non conueniat, omitto. Et de alia Quæſtione An Contractus fraudolentus & ſimulatus, ſit ipſo iure nullus, ſeù per Sententiam veniat annullandus, per Afflict.in eo.loco, nu.24. Et de alia, † An in hoc Iure liceat aliquo modo ingenioſè fraudare, ſeù artẽ aliquam, & prouidentiam ad ſui vtilitatem, & commodum adhibere? remitto, ad Tiraq.in eo. Tract. ſuper Præfa. num. 67. vſquè ad 75.& ad ea quæ tetigi ſuprà in §.2.Nos igitur, in.5.Not.ſub nu 10.& dicam etiam poſt §.fi.in Quæſt.Tertia.

NOTO Sextò, ex Tertia parte, ibi, Et ſi illa aliis quàm vicinis &c.quòd caſus huius conſtitutionis eſt, quòd vẽditio tenet, emptio autem minimè; Mirabilequè hoc dictum videtur, cum emptor & venditor quaſi vna perſona cenſeantur, vt vnus ſinè alio eſſe non poſſit, ad not.per glo.in l.iidem.ff. de pac.ac nomina relatiua dicantur glo.in l.nemo martyres.C.de ſacr.ſan.Eccl. adeò, vt potius videatur dicendum, aut totum approbandum ſit, aut totum reprobandum, nè circà vnum & eundem actum diuiſio admittatur, l.neminem.ff.de leg.2.Bar.in l.Aurelius §. idem quæſiit ff.de lib.lega.cum adductis per Tiraq.de Retract.Conuen.ad fi.tit. num.9.& de dictis indiuiduis, benè dixit Alcia.in l.1.§. ſed ſi mihi, num.6.vſquè ad fi §.ff.de verb.oblig.Repeten.in l.4.§. Cato, eo. tit.& Eguin.Baro.in ſuo Tract.de Indiuid.per totum, & tamen dixit Afflict.in d.Tract.in §.ut intrà triginta dies, num. 46.& num.fi. ſecun.par.impreſſ. quòd contrà emptores poſſeſſores in iis cauſis agendum eſt, & non contrà venditores, alleg. Sebaſtia. in Prima Conſtit.de Iur.congrui, ſuper ver.poſſedit, & ſuper ver.ab emptore, Taliſquè nullitas actus emptoris, dari videtur in pœnã, ad not. in.c.decet.§.fi.de imun.Eccles.in.6.& refert Pet.Foller. in ſua Prax. cenſua.ſuper.ver.Inſtrumen.gra.pro conſi.precio, ſub nu. 5. quia pœna nullitatis actus tunc intelligitur, vbi in odiũ alicuius annullatur; vt in caſu præſentis §.& facit.c.ſi religioſus, de electio.in.6.& emptio nulla dicitur, in odium emptoris, ſecus ſi anullaretur actus, vbi ſolemnitates requiſitæ non eſſent ſeruatæ, ſecundum Crot. in Rub.ff.de no oper.nun. num. 54. De qua actus annullatione, & eius pœna, etiam per Io.Annib.in l.ſi inſulam, num.120. cum ſub. num.

num.ſeq.ff.de verb.oblig. vbi plures caſus annullationis conſiderat, Et diſpoſitio ſtatuti ſimpliciter dicentis quòd contractus ſit nullus, & quòd ideò habeatur pro non facto, iuxtà l. non dubium. C. de legi.non videtur eſſe vera, vt dicit Sey ſel.in.l.naturaliter, num. 5.ff.de vſuca.quia quòd lex annullet contractum ex poſt facto, & quòd inſimul habeatur pro non facto, videtur contrà tex. & doctrinam Bar.& aliorũ,in.l. vniuerſa. C. de preci.imper.offer. & per Feli.in,c.cum dilecta,colum.7.vbi de ſignis,& obſeruantia formę, de reſcrip.ſed illa.l.non dubium, loquitur quando lex à principio reſiſtit actui,ante quàm fiat,non autem ex poſt facto, vt hic; ideò Sixtus contractum non annullat,cum principium ipſius, ac potiſſima cauſa, vt dicam infrà hoc eodem Not. eſt ipſe venditor, ideò actum venditionis non annullat, nec emptionis (quò ad emptionem, & venditionem) licèt quò ad perſonam emptoris videatur nulla; ſed in locum ipſius emptoris, per priuilegium ſubrogat vicinum,quatenus ad retractum venire voluerit.

Ex iis ergò opponi poſſet,cum regula ſit quòd actus non poteſt pro parte valere,& pro parte non,ad not.in.l.cum quęritur .ff. de admin.tut.l.nam abſurdum ff.de bon.liber.& .l. ſi ità ſtipulatio, in fi . ff. de oper. liber. nec videatur emptio abſquè venditione dari poſſe,nec econtrà,cum quid indiuiduum dicatur , vt ſuprà ; adeò vt qui partem illius agit,nil egiſſe videtur, argum.l. qui furioſum, cum glo.C.qui teſtam.fac.poſſ.& ad trad.per Lamfran. de Oria.in Tract.de Arbi.in vlt.par.num. 15. cum ſimil. & regula in hoc caſu ſit , vt venditio reſcindi non poſſit , inuito emptore , ad Tiraq. in Præfa.Retract.Municip.num.23. Opp.

Sol.oppoſitum in d.l.qui furioſum , procedit vbi quis habebat animum faciendi multa & non fecit, vt ſi teſtator in voluntate deficiat,volens teſtari nec inſtitutionem appoſuit,quo caſu, non ualet quod fecit.l.ſi is qui,&.l.ex ea ſcriptura .ff. de teſtam. hic verò, inſtrumentum fuit completum, ſed ex parte emptoris ob publicũ ornamentum(ſi vicinus contiguus voluerit)reſcinditur,aliàs contractus undiquè tenet ; ſed quia hic legem habemus ſcriptam , ſicut in Retractu conſanguineorum , vt ſubſequitur Tiraq. in.d. Præfatio.num.24.non dicitur eſſe emptor ille,qui non poteſt durare,ut in iuribus per eum in ſimili alleg. Ratio autem quare Sixtus (ultrà decorem publicum) emptionem tantùm annullare dicitur,eſt,quia actus poſterior nullus,vel inualidus non tollit præcedentem validum,ad not.per Iaſ.in.l.ſi quis antè, num. 13.ff. de acquir.poſſeſs.Et licèt emptio,& uenditio ſit regulariter actus unitus Sol.

& indiuiſibilis ex partium intentione, & quòd in indiuiduis, id quod eſt vtile,& validum(vt hic, eſt voluntas venditoris) poteſt vitiari per inutile,ad Rui.in conſ,109.videtur,ſub num. 17. volu. 4.ideſt vitiatur voluntas venditoris, quæ erat vt primus emptor rem emptam conſequeretur, & ſi vitiatur, vt dixi, vitiari dicitur per ipſum emptorem,ſi ſic,ad inſtantiam vicini contigui per Magiſtratum declaretur,& iudicetur;& hoc modo vnus actus, ſcilicèt venditoris ualet, (cum nihil ad ipſum,ſi emptio non valeat) alter verò actus ſcilicèt dicti primi emptoris non valet; Alia etiam ratio in hoc conſiderari poteſt,quia actus agentium,ex duobus proficiſcitur,vt voluntate ſeù animo, & poteſtate; ſecundum Boetiū vt per Io.Annib.in.l.nemo poteſt,num. 478.ff. deleg.i.Cagno. in l.fi.nu.16.C.de pac.Io.de Sil.in Tract.de Benef. in. 3. par.in Quæſt. 41.num.3.qui animus quomodo accipiatur,deſcribitur per Bart. Romul.in.l.1.num.2.& ſeq.ff.de acquir.poſſ. Vndè ſumpta intentione Pontificis, dicitur non poſſe alteri quàm vicino vendi, & ſi vendatur,nulla ſit; quia ſi aliquo modo voluntas contrahentium ſepararetur,& actus voluntatis diuideretur (vt hoc in loco) dicetur ſeparata dicta validitas,& poteſtas volūtatis emptoris, ab ipſa venditoris voluntate,ſi vicinus voluerit; & ità dicta poteſtate, & validitate caret; cum aliquid non ſit tàm generale, quin aliquam exceptionem recipiat,ut per Tiraq.de Retract.Conuen. ad fin.tit. numero 16.

Actus agentium ex duobus prouenire, voluntate ſcilicèt & Poteſtate.

Inter contractum nullū & ipſum valere datur medium.

Ex quo Not. quòd inter contractum eſſe nullum omninò, & ipſum valere, datur medium; quod eſt vt contractus ſtet in pendenti;vt in hoc caſu vſquè ad tempus deliberandi, ſicut in alio ſimili dixi,ſuprà eo §.in.i.Not.ſub num.i.& dicam,infrà poſt §. fi.in Quæſt. Sexta,ſub num. 6. adeò quòd poteſt dici, vt dixit Iſer.in.c. de prohib.feu.alien.in vſi. feu. quòd in alienatione à vaſſallo facta,ſalua licentia Domini,licèt ſit nulla,habet tamen ſpem reconualidationis,& ità adhoc not. Barto. Camera. in.d. c.de prohib. feu. fo.27. in litera.S. alleg.notata per Doct.in.l.2 §. harum .ff. de ver. oblig. in.l.qui res §.aream.ff.de ſolu.& in.l. per fundum .ff. de ſeruit.vrb.præd. Et in hoc caſu dicitur,etiam quòd voluntas venditoris præceſſerit,quia niſi venditor aſſenſiſſet, non poſſet ad alteram voluntatem emptoris, ideſt ad ipſam perfectam venditionem deuenire,cum abſquè illo venditore,& conſenſu res vendi non poterat,abſquè tamen ipſo emptore emi poſſet, ut ſi alius emptor inuentus eſſet: Vndè in ipſo principio dicitur actus ipſius uenditoris,& licèt alter actus poſterior uoluntatis emptoris nullus ſit, non tamen

Actus venditoris validus emptoris verò inualidus.

tamen erit nullus ille primus, ex quo uenditor animum patefecit; & uendidit; ideò uult Sixtus talem actum ſuum effectum conſequutiuum habere, quò ad ipſum tantùm, cum rem uenalem fecerit; ut dixi ſuprà hoc eo §. in. 2. Not. quò uerò ad emptorem, non, ob decorem Vrbis, & commoditatem uicini; ſed ſecundus actus, quia in ſe effectum non ſortitur, dicitur nullus, ad not. per Iaſ. in l. mandatam, num. 3. ff. de off. eius (ſi uicinus uoluerit) tex. in l. 2. de leg. commiſ. & Rui. in conſ. 35. Adeò plenè, num. 31. uol. 1. ad exemplum teſtamenti, in quo filius fuit præteritus, quia id nullum erit, ſi filius uoluerit eſſe nullum. l. filio præterito. ff. de iniuſ. teſtam. & ideò dixit perindè ac ſi per illum &c. quæ dictio perindè, non ſignificat per omnia, quia hic requiritur uicini uoluntas, & Sententia Magiſtratus, ut de dicta dictione, etiam tetigi ſuprà eo §. in. 2. Not. ſub num. 5. & tunc erit illa uenditio, ac ſi &c. quæ dictio, ac ſi, repetitiua præcedentium ſolet dici, Horma. Dec. in. l. 4. §. cato, num. 210. ff. de uerb. oblig. & ſtante hac Sixti diſpoſitione dicitur, res tranſire in extraneum cum ſuo onere, & cauſa. l. ſi conuenerit, la. 2. §. ſi fundus. ff. de pign. actio. l. ſi debitor. C. de diſtr. pigno. cum glo. pro ut in alio ſimili etiam dicitur de Tutela filiorum, quæ Matri defertur à Iure, per Auten. matri, & auiæ. C. quan. mul. tut. off. fun. pot. niſi declaret ſe nolle Tutricè eſſe. Chriſt. de Caſtel. in conſ. 6. Supponitur in facto, num. 11. & Bar. in d. Auten. colum. fi. ſuper glo. dum quærit ſi fuerit datus Tutor pupillo ignorante Matre, àn ipſa poterit eam habere? & licèt glo. uideatur tenere quòd non, tamen Bar. cum diſtinctione contrarium dicit, & antè eũ Din. Odofre. Pet. Iac. de Ra. & Cin. quos ibi refert, & quem deindè cæteri etiam ſequuntur, ut ipſa ſi uoluerit, Tutrix erit, infrà tamẽ tempus ordinatum, in quo petere poſſit, nè mora ſibi noceat; ut ibi per Doct. & primus Tutor datiuus, non erit Tutor, ſed Mater ipſa; ita & hic, ſi uicinus uoluerit, ipſe idem emptor erit, primus uerò, nõ, cum Ius ſit ei quæſitum ipſo iure, ut dixi ſuprà eodem. §. in. 2. Not. ſub num. 5.

Caſus ſimilis

Dictio, Perindè, & Ac ſi.

Alius caſus ſimilis. Sicut Tutela filiornm deſertur Matri & alteri data tollitur, ſi infrà tempus petierit, ità & locus alteri quàm vicino venditus, vicino conceditur, ſi in tempore ad retractũ venire voluerit.

NOTO Septimò, ibi, abſquè ulla tela iudicii, ideſt abſquè iudicii ordine contexto, quæ uerba non important ut præfati DD. Iudices ad ſolam uoluntatem uicini, res contiguas concedant, ſed quòd ipſa tela & contentio in aliis Iudiciis ſeruari ſolita, ſublata eſt; ne iudicium, & per conſequens ornatus publicus contrà intentionem Pontificis protrahatur, & retardetur; ideò more Camerali, breui ac manu Regia expediuntur cauſæ, ut dixi in. §. 4. n ult. Not. ac in uariis locis huius Bullæ, cauſa tamen cognita, & defen-

defenſione nõ ſublata, vt dixi in §. 5. in. 4. Not. cum Iudex abſquè cauſæ cognitione procedens, diceretur procedere vt priuatus, Deci. in. l. factum à Iudice. ff. de reg. iur. cum concordan.

OCTAVVS .§. ET SI FORSAN DVO.

IN HOC .§. DATVR FACVLTAS DD. CARDINALI Camerario, & Magiſtris Viarum, vt in concurſu plurium vicinorum ad retractum, conſideratis indigentia, aliiſquè circumſtantiis, ei cõcedant, cui magis conuenire iudicauerint, & in æqualiter indigẽtibus, diuidant, ſi diuiſionẽ patiatur, aliàs concedant eorum arbitrio.

Diuiſio.

CONTINET iſte .§. Tres Partes, In prima ponitur dictum; In. 2. ſuper illo æqualiter determinat; In. 3. & vlt. limitat; ſecunda eſt ibi, & ſi æqualiter; 3. & vlt. ibi, ſi verò. Hoc dicit in Summa.

Summarium

Inter duos vicinos, vtilitate & commoditate æquales, ille præfertur in re, quem Iudices indigere, ac magis conuenire declarauerint; inter æquales verò, proportionabiliter diuidatur, ſi portiones vtiles fuerint, aliàs præfertur is, quem Iudices voluerint.

Vtilitas & cõmoditas, remiſsiuè.

NOTO Primò, ex prima parte, ibi, vtilitatem & commoditatem, quòd vtilitas de qua in textu, ea intelligitur, vt dixi ſuprà in §. 2, in. i. Not. Commoditas autem reſpicit habitationem aptam, ipſisquè vicinis contiguis commodam, vt ea abſquè dificultate vtantur, ad dicta ſuprà in .§. 4. Incip. ET NE' ob proteruiã, in 3. Not.

1 Circumſtantiæ conſiderandæ p Magiſtratum, in retractu.

Sed Quæro † quæ circumſtantiæ ſint per Iudices conſiderandæ, de quibus loquitur textus? Reſpon. Conſiderationes ipſius rei petitæ, loci, temporis & perſonarum, & magis ſpecificè, grauis familia indigentis, & ſic indigentia conſideratur, ac domus antiqua incapax, conuenientia, ſitus, maior ampliatio ſiue incorporatio, Decor Vrbis, maiorquè ipſius decoris ſpes, & ſimiles, vt ſiquis ad vſum Eccleſiæ alteriusquè loci Pii, & ſic ad ornatum etiam publicum retrahere vellet, Afflict. de Iur. Protom. §. eſt autem, num. 18. & ad commoditatem tantùm, vel ſi vnus à pluribus partibus cohereat,

hereat,aut aliis cauſis alterum vicinum ſuperet,vt quia ſit vicinus & conſors,vicinus & vſufructuarius, & de aliis, vt videtur dicere Nouel in eo.Tract.Iur.Protom.in §.2.num.133.cum aliis ſeq.vel ſi ſit Filius,volens beneficio prælationis etiam gaudere, aduerſus domum antenatorum,vt aduerſus domum per Patrem venditã, cum ad ipſam domum(vltrà vicinitatem)præſumatur habere affectionem in recuperando,arg.l.ſi in emptionem.ff.de minor. &.l.i. §.ſed ſi rem,vers.& aliàs,ſi quid in frau.patro.cum conueniens videatur,ac Iuri congruũ,vt dicta bona potius filius redimat, quàm extraneus; licèt Pater,& Filius, vna,& eadem perſona reputetur, ità,vt contrà factum ſuum forsàn venire diceretur, ad.l.poſt mortem.ff.de adoptio. Quia,illud beneficium dicitur priuilegium perſonale,in rem ſcriptum,competens filio, tempore venditionis, ex ſua propria perſona,non autem ex perſona Patris, à die ſcilicèt Cõceptionis,& Natiuitatis ſuæ,ratione congrui, vicinitatis, & contiguitatis,Henri,Boich.& alii,in c.conſtitutus,de in inte. reſtit. Boer. Deciſ.12. Et ex iſto themate,nu.i.& ſeq. & Deciſ. 138. & videtur, num.3.Iac.Nouel.in.d.Tract.in §.2.num.34.& ſeq. ac aliis ſimilibus circumſtantiis, & conſiderationibus penſitatis, quæ licèt omnes non habeant locum in præſenti Bulla,nihilominus ſatis mouere poſſunt animum Iudicantium,ſi vltrà æqualitatem,per Bullam conſideratam prędictæ circumſtantiæ etiam animaduertantur per Magiſtratum,cuius diſcretioni,& iudicio multa ſunt recondita, vt dixi ſuprà in §.5.in.i.Not.in fi.ſub num.i.& in §. 3. in. 2. Not. ſub num.2.& in 3. Not. maximè quæ ex loci differentiæ viſione notantur,& conſiderantur.

Filius,an gaudeat beneficio prælationis in hoc Iure, aduerſus bona per Patrem vẽdita.

NOTO Secundò, ex 2. parte, quòd ſi indigentia commoditasquè vtriquè ęqualiter cõueniant,domus & alius locus penitus debet diuidi; Quomodo autem hoc fiat,& àn vna pars diuiſa maior altera eſſe poſſit,remitto me,ad dicta in §. 3. in. 2. & 3. Not.& in §. 5.in.2.Not.Ac Noto ex.3.parte textus, quòd ſi omnibus iis conſideratis,diuiſio facienda inutilis dignoſcatur,quò ad publicam vtilitatem, & priuatam commoditatem, & quòd loco dictæ utilitatis,& commoditatis incommoditas conſideretur, diuidi non debet; iuxtà ea quæ dicuntur per Pet. de Vbal. in Tract.de duob.fratri.in.11.par.prin.num. 80. & ſeq. ſed domus, & res ipſa concedi cui Iudices uoluerint;ad quorum verborum intellectum faciunt quæ dixi in d §.5.in.2.Not.num.2.& ſeq.

Indigentia æqualis inter concurrẽtes ad tetractum, quæ ſit & quomodo res diuidatur & an vna pars domus diuidenda, maior altera eſſe poſſit,remiſſiuè.

Et an† in dictis circumſtantiis conſiderare liceat præuentionem uicini,per Monitorium factam? Breuiter Reſpon.quòd licèt Leo. 2

Q.An in cir-

cumſtantiis liceat conſiderare præuentionem vicini, per Monitorium factam.

Papa X. in ſua Bulla Facultatis teſtandi, & ædificandi, in . §. XVI. inc p. Et inter duos, loquatur in alio caſu, ſcilicèt in venditione, ſeù retractu alicuius cenſus, & reſponſionis, quòd inter plures litigatores, & ad eandem rem concurrentes habeat inter eos locum præuentio; nihilominus poterit etiam ſub dictis circumſtantiis eadem præuentio complecti in aliis caſibus, in quibus idem Magiſtratus ſolet etiam circumſtantias conſiderare, vt dixi.

NONVS .§. ET VT ANTEA.

IN HOC .§. DISTINGVITVR AVCTORITAS ET Iuriſdictio DD. Camerarii & Magiſtrorum Viarum, licèt ipſa Auctoritate in exequutione coniunctim vtantur, Illuſtriſs. enim Cardinali Camerario conceditur vt contrà Eccleſiaſt. perſonas ſub cenſuris, ac etiam eiſdem Dominis Camerario, & Magiſtris, contrà Laicos, ſub aliis pœnis procedant.

Diuiſio.

DVAS Partes habet iſte .§. In Prima Sixtus Iuriſdictionem diſtinguit, inter Dominos Camerarium, & Magiſtros Viarum; In 2. Diſtinctionem declarat, Secunda ibi, ità quòd. Et hoc dicit in Summa; Pro obſeruantia ſupraſcriptorum, Camerarius, contrà Eccleſiaſticos, per cenſuras, ac ipſe & Magiſtri contrà alias perſonas, per alias pœnas compellere poſſunt.

Sũmarium.

Effectus, quid.

Vota, multa ſunt.

NOTO Primò, ibi votiuum ſortiantur effectum, quòd Sixtus volens omnia per ipſum ordinata exequutioni demandare, diſpoſuit vt in textu, & quòd effectus eſt id, quod ſequitur ex re. l. 3. cum glo. ff. ex quib. cau. maio. effectum enim intendit eſſe iuxtà eius votum, & intentionem; Et licèt † vota multa reperiantur, vt per glo. & Doct. in c. 1. extrà de voto, & per Summiſtas in eo. tit. Apud nos verò, votum aliquandò accipitur pro Sententia, vt ſi dicatur Iudex eſt in tali voto, indè præſtare votum, eſt iudiciũ præbere, Aliquandò pro voluntate, & intentione, vt l. vni. C. de obla. uot. lib. 12. licèt generaliter idem quod ſuprà modo dixi, intelligi poſſit; Vndè votiuum eſt, quod iuxtà voluntatem fit, ideò Sixtus deſiderans vrbem decoratam eſſe, facultatem conceſſit pſ̃

dictis

dictis Iudicibus, vt in textu.

NOTO Secundò, ex ſecunda parte, Declarationem diſtinctionis pœnarum, † dicens pœnas Eccleſiaſticas eſſe illas cenſuras de quibus in textu, & ſub quibus excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum continentur. c. quærenti, de verb. ſig. de qua excommunicatione etiam per Archid. in c. 2. in fi. de excep. in. 6. Pœnas verò Seculares, declarat eſſe pecuniarias, perſonales, & alia Iuris remedia. Sed Monitoria ex parte præfatorum Dominorum Camerarii, & Magiſtrorum coniunctim emanata (quò ad cenſuras) excommunicationem tantùm continere vidi, nec alias pœnas Eccleſiaſt. impoſitas vnquàm audiui; Quò verò ad illas ſeculares, de pecuniariis intelligi ſolet; quia aliæ, vt corporales, in Monitoriis non apponuntur, quarum loco in exequutione mandatorum de in poſſeſſionem mittendo, eædem, & alia Iuris remedia (ſi opus fuerit) adhibentur, iuxtà præſentis §. diſpoſitionem, aduerſus ſcilicèt inobedientes, cōtradictores, & rebelles, vt dicitur in textu, † Qui verò ſint contradictores, & rebelles de quibus in textu, conſtat ex dictis per Alber. in. l. fi. C. de edic. diu. adr. toll. num. 13. & ſeq. Contradictores, ſcilicèt non iuſtos hic intelligimus, cum contradictorum aliqui reperiuntur iuſti. l. fi. §. ſin autem. C. de edic. di. adri. Aliqui verò iniuſti. l. cum non iuſto. ff. de collu. detegen. ſcilicèt de facto, non autem de iure; qui deindè, iuxtà facultates conceſſas punirentur. Quæ autem ſit differentia inter pœnam, & mulctam, de quibus in hoc §. declarat tex. & ibi Moder. in. l. aliud eſt fraus, & in. l. ſi qua pœna. ff. de ver. ſig. & in materia mulctę, per Alber. in. l. mulctarum, & l. eos. C. de modo mulct. cum multis Practicis, in materia criminali, quos omitto.

2 Pœna i Monitoriis & inhibitionibus in hoc Iure, in Vrbe, quæ ſit.

3 Contradictores, & rebelles, remiſſiuè, & contradictorum aliqui iuſti, & aliqui iiuſti. Differentia inter pœnā, & mulctam.

DECIMVS §. NON OBSTANTIBVS.

IN HOC §. PONVNTVR OMNIA, quæ Sixtus huic conſtitutioni, & Bullæ, voluit non obſtare, quas exprimit in textu.

Non ſummatur, nec diuiditur.

BREVIS, & facilis eſt, hic §. ideò commodam diuiſionem, atquè Summariũ non patitur, Sed in eo apponitur ſolùm clauſula Non obſtan. in qua Sixtus conſcribit omnia, quæ præſenti conſtitutioni volunt non obſtare, de quibus hic. De qua † verò clauſula eiuſquè materia, tractatur per Bar. in Tract. Ad reprimendum, in ver. Non obſtan. per quam declaratur animus, ac intentio condentis, circà conceſſa, Feli. in. c. non nulli, per plures colum. de reſcrip. Vital. de Gamba. in Tract. clauſul. in clau. Non obſtan. Alber. in Dictio on. in eodem ver. Lancel. Gallia. in. l. centurio, num. 140. vſquè ad num. 144. ff. de vulg. & pupil. Rom. in Rep. l. ſi verò §. de viro, num. 98. cum multis ſeq. ff. ſol. mat. Staphil. in Tract. de gra. & expecta. in cap. de vi, & effectu clauſul. in ver. ſeù §. poſt prædictas, nu. 1. & per totum, Caſſado. in Deciſ. 4. de conceſ. præben. Soletquè eſſe vltima pars deſcripta in cōſtitutionibus à Principe emanatis, & in fine clauſularum collocari, licèt quãdoquè poſt ipſam etiam aliquid iungatur, vt hic; Primò ergò dicit, Non obſtan. cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, quia inferior ipſo Pontifice ipſis derogare non poteſt, clem. nè romani, de electio. Iaſ. Alex. & alij, in. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. circà princ. quæ clauſula ad omnia narrata refertur, effectumquè tollit, vt ſaltim ipſa non obſtantia huic conſtitutioni in aliquo obſtare non poſſint, ſub quacumquè verborum forma fuerint conceſſa, Zenzel. in extrauag. ſuſcepti, Io. 22. de electio. in ver. non obſtan. cum glo. ſeq. Ac ẽt dicit, Non obſtan. municipalib. ideſt particularib. Statutis Vrbis, licèt ſint Apoſtolica Auct. roboratis, & confirmatis; quia ſi aliis conſtitutionib. immediatè, à Pont. emanatis derogat, multò magis intendit derogare Statutis, à Ciuibus, & Populo Rom. editis, quamuis cõfirmata ſint, & ideò hoc exprexit, quia Statuta à Principe, ſeù Pont. confirmata, cenſentur eſſe ipſius Pontificis, l. i. §. omnia. C. de vet. iu. enucl. c. ſi apoſtolicæ, de præben. in. 6. Quotuplex autem ſit Confirmatio? per Abb. & Deci. in Rub. de confir. vti. vel inut. per totum, & glo. in. c. quia diuerſitatem, de conceſſ. pręben. vel etiam quauis firmitate vallatis, vt impoſitione pœnæ, & ſimil. Dicit etiam non obſtan. exemptionibus, & indultis, ac conceſſionibus, priuilegiis, & Literis Apoſtolicis, & hæc omnia, res, & bona videntur reſpicere, quia hoc in priuilegium ipſorum conceſſum eſt, vt per ſcriben.

1 Clauſula nō obſtantibus, remiſſiuè.

2 Inferior Pontifice Conſtitutionibus Apoſtolicis derogare nō poteſt.

Statuta à Principe confirmata, cenſeri ipſius Principis.

Confirmatio quotuplex, remiſſiuè.

in Auten.hoc ius porrectum. C. de ſacro. ſan. eccles. & in. c. 1. de reb. eccles. non alien. Nec non interdictis perſonis Eccleſiaſticis, (& hoc perſonas reſpicit) ideſt non obſtantibus prohibitionibus, directis contrà Epiſcopos, & Rectores, aliaſquè perſonas, quibus cura Eccleſiarum commiſſa, & demandata eſt; & quibus ipſorum bonorum alienatio prohibita eſt, etiam quòd ſuper eis præſtiterint Iuramentum; & id iuramentum Sixtus expreſsit, quia niſi expreſſiſſet de eo non intelligeretur, † cum diſpoſitio derogatoria non tollat actum iuratum, niſi expreſſum fuerit, Roma. ſing.7. Quod diſpoſitio, & in conſ.404. In caſu propoſitæ, num.fi. & conſil. 436. Omnipotentis Dei, num. 14. DD. de Rot. Deciſ.632. Nota ſi aliquid, in Anti.Lancel.Gallia.in.d.l. centurio, ſub num.140. & Rom.in. d. §. de viro, num.101. cum concordan. à quo iuramento Sixtus ad effectum prædictum conſequendum, abſoluit; quæ abſolutio in Literis gratiæ ſolet apponi, vt in alio caſu, dixit Staphil.de lit.gra.& iuſt. car. 167. Subſequitur deindè in textu, Contrariis non obſtantibus quibuſcumquè, per hæc verba generaliſsima, quia quando duo, vel plura obſtant, non ſufficit vnum, vel duo remouere in derogatione, etiam ſi clauſula generalis fuerit appoſita, ſed omnia debent amoueri, ad tex. in l.ſi non lex elieſentia, vbi Bal.& alii.ff. de hæred. inſtit. cum ſimil. ſed ſolùm per illa generalia derogantur iis, quæ ſpeciali mentione non indigent; Poſtmodùm dicit, ſeù ſi aliquibus communiter &c. non facientes plenam, & expreſſam &c. quod verbum plenam, quot modis accipiatur, per Rebuff.in lib.concorda. in for. manda.Apoſtol. in ver. plenam, & pariter clauſula & verba illa, ſcilicèt expreſſam mentionem, hoc operantur, vt omnia quæ in mandato exprimi debebant, cenſeantur expreſſa; de qua clauſula latè per eundem Rebuff.in.d.loco, in ver.pro expreſsis.

2 Diſpoſitio derogatoria, non tollere actum iuratum, niſi exprimatur.

VNDECIMVS .§. VOLVMVS AVTEM.

IN HOC .§. QVIA SIXTVS VVLT BONA Eccleſiarum, aliorumquè Piorum locorum ad Vrbis ornamentum etiam uendi poſſe, ideò eorundem locorum indemnitati prouidendo, diſponit vt ipſorum precium deponatur, & in aliis bonis ſtabilibus, conuertatur.

DIVIDO

Diuiſio.

DIVIDO Hunc. §. in duas partes; In prima, prouidet Sixtus indemnitati Ecclesiarum, circà bona; In. 2. ibi, & in emptioné, circà ipſam prouiſionem determinat.

Summarium

Hoc dicit in Summa, Precium bonorum Eccleſiæ in vim pręſentis Bullæ alienatorum, fideliter deponatur, ac in aliis bonis ſtabilibus, inueſtiatur.

NOTO Primò, ex prima parte, Quòd hæc verba, volumus autem, non conditionem ſed monitionem inducunt, Boer. Deciſ. 119. Et dico, numero. 2. ut de voluntate tangam, infrà in. §. 13. Nulli ergò, in. 1. Not. ſub num. 1. NOTO etiam, in hoc tex. quòd † precium ſiue conuentum fuerit, ſiue æxtimatum, de quo ſuprà in §. 2. ac variis locis dictum fuit, deponi debet penès Notarium Magiſtratus, ſeù aliam fide, & facultatibus idoneam perſonam, vt ſuprà in §. 4. Et ne ob proteruiam, in. 3. Not. ſub nu. 4. penès verò ædem ſacram, fieri non ſolet, nec vſu receptum eſt. Si verò penès dictam perſonam fidelem fiat, vt apud mercatorē, ſolet indè fieri cedula bancharia, quæ in actis Notarii Magiſtratus producitur atquè dimittitur, conſeruaturquè donec adimpleta fuerint adimplenda, iuxtà formam Sententiæ deſuper latæ, & aliquandò ferendæ, vt dixi in. d. §. 2. in. 6. Not. cum vterquè modus ſeruetur apud Magiſtratum, ſcilicèt vt in cauſis per monitorium de vendendo inceptis, in quibus poſt Sententiam deponitur ſumma in eadem Sententia contenta, niſi fortè antè eam deponatur aliqua ſumma eidem domui cōueniens, ſeù maior, ſub iis verbis, puta, ſcuta mille, plus minuſuè ſecundum æxtimationem deſuper faciendam, ex quo tunc limitatum, & verum precium ignoratur, propter æxtimationem adhuc non factam, vt ita in alio caſu dixit Chaſſen. in Conſue. Burgun. in Rub. X. de Retraictz. §. 1. in uer. Lepris, num. 7. In cauſis verò per monitorium de reſcindendo, & antè, & poſt Sentētiam, deponi precium poteſt, ſcilicèt illa ſumma à primo emptore ſoluta, ſed ſi antè Sententiam non deponitur, ſolet condemnari ad ipſum depoſitum faciendum, infrà aliquod breue tempus, Magiſtratui benè viſum, aliàs ipſe monitus abſoluitur, & perpetuùm ſilentium imponitur, in expenſiſquè actor venit condemnandus, cum indebitè reum faticauerit. Ea verò, quæ vt ſuprà in cędula depoſiti continentur, ſunt illæ recognitiones, obligationes, & cautelæ de quibus hic in textu, ac alia, prout forma

1 Precium domus deponitur penès Notariū Magiſtratus, vel aliam fide & facultatibus idoneam perſonam.

OGI.13

ſolita

ſolita cedularum requirit.

Sed incidenter Quæro † de mercede ſoluenda ob dictum depoſitum, & per quem fiat? Reſpon. Siue ſimus in venditione bonorum Eccleſiæ, & alterius loci Pii, ſiue perſonę priuatæ, & actuale fiat depoſitum penès Banchum, tunc fiet recognitio iuxtà ſtilum mercatorum, quod eſſe præſentis cognitionis non intendo, Si verò penès Notarium fiat, dicitur ex ratione naturali abſquè Iuriũ allegatione, quòd tunc ratione riſichi, & fortunæ pro cuſtodia adhibenda eidem precio, ad quam obſtrictus eſt, ut toto tit. depoſiti, ſolet ad rigorem ſibi ſolui, iuxtà ſtilum, vt duo pro quolibet centinario, ſi verò non actuale fiat, ſed cędula ipſa bancharia producatur, ad effectum conſeruandi & conſignandi, vt ſuprà, non ſolet tunc ſibi ſolui pro mercede, ſicut actualiter eſſet factum depoſitũ, ſed id ſolum ad inſtar alicuius fidei productæ, quia ſi cędula deperderetur, non tenetur Notarius prout de actuali teneretur. Et dictę mercedis Notarii expenſæ, de ſumma depoſitata defalcari ſolent, ex quo ad fauorem recipientis depoſitum factum fuit; Sed nè Eccleſia, vel pauper in expenſis depoſiti prædicti in totum patiantur, ſolet, & in expenſarum litis taxatione, ac in æxtimatione ipſorum bonorum per Magiſtratum loco tertii facienda, de qua ſuprà in d §. 2. in fi. conſiderari, & animaduerti. 2 Q. De mercede depoſiti ſoluenda, & per quem fieri debet.

NOTO Secundò, in 2. parte, quòd precium bonorum, conuerti, & inueſtiri debet in aliis bonis ſtabilibus; & hoc nè eius bona de facili dilapidentur; quod fieri ſolet iuxtà modum, de quo ſuprà tetigi, in d §. 2. in 6. Not. quod ſuccedit loco expeditionis literarum, Si in euidentem, vt dixi in d. ſexto Not.

Ex quibus Quæro; quia in vrbe quotidiè imponuntur cenſus ſuper bonis immobilibus, adſintquè quidam prouentus de publico, à Pontificibus erecti (tamquàm ciuilis annona) de quibus in l. iubemus nulli, in prin. C. de ſacr. ſan. Eccl. quos Montes vocant, ex quibus aliqui non vacabiles reperiuntur, ſed ad eorum hæredes tranſeunt; An ipſi cenſus, & Montes inter immobilia computentur, adeò ut precium eorundem bonorum in eis conuerti, & inueſtiri poſſit, vt Bulla locum habeat? Breuiter videtur dicendum quòd non, quia licèt inter immobilia computentur, d. l. iubemus, in prin. vbi Doct. & in Auctẽ. de non alien. aut permut. §. hæc ergò, verſ. vult enim, & §. nos igitur, coll. 2. vbi etiam Bart. Iac. de Belui. & alii, tamen de propria ſui natura non ſunt immobiles, ſicut domus, prædium, & ſimiles, ſed dicit lex quòd inter immobilia bona computantur, ac connumerantur, quaſi non ſint, Q. Precium bonorum Eccleſiæ in vim Bullæ Venditorum, an in Montibus & eorum prouentibus inueſtiri poſſit & inter immobilia cõputentur.

ſint, ſed reputantur; Pręterea in dictis iuribus, fauore Eccleſiæ inductum fuit, nè res Eccleſiæ alienentur, ſub qua, prouentus prædicti non computantur; hic verò eſſet odium, ſi domus, & aliud ei ſimile, quod eſſet proprium immobile, alienaretur; quod deindè in aliud immobile improprium conuerteretur, ſeù immobile ex interpretatione, ad quod facit tex. huius §. ibi, & in emptionem aliorum bonorum immobilium, propter illam dictionem, aliorum, quę eſt repetitiua ſimilium, diuerſa non includens, ſed tantùm diuerſitatem in ſuppoſito notans; & idemptitatem in materia, ad glo. in ver. maiores in fi. in. c. ſedes, vbi latè Feli. & alii, de reſcrip. cum aliis, de quibus ſuprà in. §. Et quia interdum, in. 5. Not. ſub num. 7. quia quandò aliquid aſsimilatur, debet ſecundum naturam ipſius rei aſsimilari & ſuccedere, vt puta, ſi Eccleſia propria immobilia habens, ſi inueſtiri contingat, debent in aliis bonis propriè immobilibus, ideſt eiuſdem naturæ conuerti, licèt diuerſę qualitatis, & ſic, idemptitas ſit in materia, licèt ſuppoſitum diuerſificetur, vt ſi dicta Eccleſia domum poſſidebat, debet eius precium in alteram domum, vineam, apothecam, prædium, & ſimile immobile proprium, & non in dictos Montes immobiles impropriè, conuerti; & ità fuit à Magiſtratu deciſum in duabus cauſis Eccleſiæ Sanctiſs. Trinitatis de vrbe, quæ omnia in eius fauorem pro euidenti vtilitate conſiderata fuere.

Pecunia bonorum Eccleſiæ in hoc Iure, an poſsit ſuis Miniſtris, & Rectoribus ſolui in neceſsitatibus erogan da.

Quid autem ſi Eccleſia dictis pecuniis pro reparatione, & alia vrgenti neceſsitate indigeat, poſsit nè Magiſtratus impartiri licentiam eas accipiendi, & in dictas neceſsitates erogandi? Dicendum eſt quòd non, propter dictionem omninò, de qua in textu, quæ operatur ut exequutio indè parata ſit, & quidem præciſa, Tiraq. in. l. ſi vnquàm, in ver. reuertatur, num. 78. de reuoc. dona. adeò vt ſine vlla exceptione, ac extrà omnem gratiam, conceſsionem, & licentiam, accipiatur; idem num. 79. & 81. niſi ſubiecta materia aliud ſuaderet, ut idem in num. ſeq. Sed in caſu prædicto etiã inueſtiri debent pecuniæ pro cautela retrahentis, & ſi aliud ab Eccleſia ſeù eius Rectore deſideratur, aliæ literæ, ſiue pér Breue, & Pœnitentiariam, vel aliter, ex diſpoſitione extrauag. Si in euidentem, expediantur.

DVO-

DVODECIMVS .§. QVODQVE DILECTI.

IN HOC .§. VOLENS PONT. VT CONSTITVTIO omnibus innoteſcat, atquè ſeruetur, mandat in Regiſtro Capitol. regiſtrari, in Archiuioquè reponi, publicari, & per loca affigi, ut D D. Cardinali Camerario, & Magiſtris, videbitur.

NON Diuido hunc § cùm facilis & planus ſit; Et hoc dicit in Summa; Præſens Bulla in Archiuio Romani Populi regiſtretur, præconizetur, ac in locis, arbitrio Iudicum affigatur, vt omnibus nota ſit. Non diuiditur. Summarium

NOTO, quòd nimirum ſi Conſeruatoribus (vt in textu) Sixtus curam Bullæ commiſerit, cum † à conſeruando, quaſi ſimul ſeruando ſcripturas, ac Iura Pop. Romani dicantur, vt vltrà alias probationes, hoc idem, etiam idem Pont. alludédo, inferius dixit, faciant in Archiuio conſeruari; vt in glo. Archiuium, in Auſten. de defens. Ciuit. in § quæ verò, coll. 2. cum allegatis per eam, ac in ſolito Regiſtro, & Libro, vbi talia regiſtrari ſolent, regiſtretur; Publicari etiam mandat, & affigi, ac legi, vt nota ſit omnibus, ad ſimilitudinem diſpoſitionis illius. l. lecta in auditorio. ff. ſi cer. pet. Ipſoſquè † Conſeruatores Dilectos Filios nominat, ſicut ſuprà in § 1. nominauit Filios Magiſtros Viarum, vt etiã ſic ſolet nominare Imperatorẽ, Reges, Duces, Dominos, & alios inferiores, ſed differentia inter ipſos erit, vt vnus tacitè erit primus Filius, alius ſecundus, alius verò tertius, quartus, quintus, & deinceps omnes, iuxtà priorem, & inferiorem Statum, Ordinẽ, Dignitatem, & conditionem perſonarum, amore tamen, omnes æqualiter diligit; Filios tamen, cura, & onere, cum Pater omnium ſit in Terra (vt Chriſti Vicarius) ſicut Chriſtus in Cœlis, Io. Andr. in Prohem. clemen. Epiſcopos verò, Archiepiſcopos, & Patriarchas, ſolet nominare Fratres .c. quàmgraui, de crim. fal. tamquàm coadiutores, per participationem eiuſdem Dignitatis quam cum ipſo habent: & ità etiã quando de Cardinalibus mixtim, atquè coniunctim, loquitur Pont. ut glo. in ver. fratres, in. c. fundamenta, de electio. in. 6. licèt dùm vno Cardinali loquit̃ nominet ẽt ipſos, Filios.

1 Conſeruatores à conſeruando, dicti.

2 Papa alios Filios, & alios Fratres nominat.

P TER-

TERTIVSDECIMVS .§. NVLLI ERGO.

IN HOC .§. PONT. PERSISTENS VT BVLLA inuiolabiliter ſeruetur, & cuſtodiatur, indignationem Dei, & Apoſtolorum, pro pœna, indiſtinctè ad uerſus omnes contrauenientes, aſsignat, & comminatur.

Diuiſio.

Summarium

LICET iſte .§. breuis ſit, nihilominus ipſum in duas partes diuido; In prima prohibet, In ſecunda ibi ſiquis autem, pœnam oſtendit; Et hoc dicit in Summa; Qui contrà narrata iuerit, Indignationem Dei, & Apoſtolorum, incurret.

1 Conſtitutionem Principis non licet infringere.

NOTO, ex prima parte, Quia Lex ſemper loquitur, quòd † Sixtus vult hanc paginam, & ſcripturam illæſam ab omnibus ſeruari debere, ideò dixit infringere, ideſt remouere, l. 3. C. de pet. hæred. c. 3. de iur. iuran. ſeù aliàs retractare, Bart. in Extrauag. Qui ſint rebell. cir. fi. vbi de materia præſentis .§. loquitur, quæ Verba declarat Staphil. in Tract. de Gra. & expecta. in. tit. de vi, & effectu. clau. in ver. ſeù § poſt hęc, nu. 26. cũ duob. ſeq. Nulli ergò dixit, quia Conſtitutio quemcumquè arctat, etiam inuitum, ad not. in. l. 3. C. de legi. cum concordan. & quia iuxtà eius voluntatem iàm diſpoſuit, ac vt ſuprà ordinauit, & in variis locis dixit, ſtatuimus, & ordinamus, de quibus verbis in dictis locis dixi, ideò hìc dicit ſtatuti, ordinationis, concesſionis, iuriſdictionis, & facultatis, ac abſolutionis à iuramento, illorum ſcilicèt, quibus cura Eccleſiarum commiſſa eſt, quarum bona alienare prohibiti ſunt, ac etiã voluntatis, quam in genere dixit, quia licèt ſuprà in .§. XL. dixerit volumus autem, nihilominus ſub voluntate omnia prædicta continentur, ideſt, voluntate diſpoſitiua, cum & alia enunciatiua Principis, in Legibus inueniatur. l. ſi priuatus, cum glo. ff. qui, & à quib. glo. in. l. verba teſtamenti. C. de teſtam. cum concordan. De importantia autem huius dictionis, voluntas, circà Iudicem, & alios, faciunt dicta per Feli. in. c. ſignificauerunt, cir. fi. de teſti. vltrà aliam diuiſionem voluntatis, de qua tetigi ſuprà in .§. Et quia interdum, in. 2. Not. ſub num. 5. quam diuiſionem magis diſtinctam refert

Duplex. Volũtas alia enunciatiua, alia diſpoſitiua.

Volũtas Triplex, remisſiuè.

Boer.in Decis.i.Hanc quæſt. num.8. de mente Bal. ſcilicèt conce-
pta,prolata,& ſcripta,vt ibi; Sequitur textus, auſu temerario con
traire, auſus autem duplex eſt,vnus,bonus,vt in.i.Conſtit.Cod.in
prin.alter verò,malus.l.i. C. de pet. bono. ſubla. lib.10. ſed hìc,de
malo intelligitur, ideò ſubiunxit temerario; Temeritas enim eſt
motus proprius animi,vt ſiquid propria volũtate ac ſinè Superio-
ris auctoritate facimus,vel etiam ſi facimus actum abſqu èratione
& à Iure prohibitum; de qua temeritate loquitur Bar.in.l.1.ff.ad
Turpil.& Gemi.in.c.eum qui.§.inſuper,de præben.in.6.vt ſi maio
rum Statuta,auſu proprio violarentur.c.nihil,in prin.7.q.1.&.c.
hanc conſuetudinem,cir.fi.10.q.1.indè Temerarius, qui ipſum
actum facit.c.1.§.ſiquis autem.de ſent.excom.in.6.& ibi Io.Andr.
& alii,& hoc modo dicitur & fit diſpoſitionis contrauentio.

Auſus duplex, bonus & malus. Temerarius, & Temeritas

Ex prædictis Quæro, † An monitus negando monitorium ad 2
inſtantiam vicini contigui contrà ſe exequutum, dicens ſe non te-
neri,dicatur huic conſtitutioni contraire? Diſting. Aut negat ſe de
Iure teneri, quaſi in ipſo ſuo facto, & caſu, credat non eſſe locus
præſentis Statuti, Aut aliquo modo conſentire non intendit, op-
ponens ſe quaſi de facto, non aliter de Iuribus ſuis diſcutiendo.
Primo caſu, quia cõtrà verba conſtitutionis ire, & vt facilius vim
verborum intelligatur, mensquè conditoris percipiatur, atquè
ſeruetur, non dicitur eſſe prohibitum, cum permiſſum ſit verba
legis offendere,ſeruata mente; & ex hoc dicitur Doctoribus eſſe
conceſſum illius verba interpretari, ad Zenzel.in hac materia, in
c.execrabilis,cir.fi.ſuper ver. auſu temerario contraire, in Extra-
uag.Io.22.de præben. ideò dicendum eſt, modo prædicto defen-
ſionem fuiſſe licitam. Secundo caſu, non, ſed dicetur contrauen-
tio prohibita, ad trad.in ſimili per Corſet.in ſing.ſuo in Ver.Mole
ſtia,& Staphil.in.d.Tract.num.28.cum concordan.

Q. Monitus negando monitorium ad inſtantiam vicini contrà eum exequutum, dicens ſe nõ teneri, An huic conſtitutioni cõtraire dicat.

NOTO Secundò, ex.2.parte, Quia plures ſunt modi qui-
bus Papa præcipit, inter alios eſt etiã iſte, † per indignatio- 3
nis incurſum,ſvt conſtitutio ſeruetur, quæ verba ſolùm pœnam
arbitrariam notant,per ipſum Pont.declarandam; In Literis verò
Apoſtolicis quomodo talia verba intelligantur, per Staphil. in.d.
Tract.num.28. Et cum indignatio ſolùm ſpectet ad bonos,ex pie
tate & miſericordia, ad malos verò ſpectet dedignatio, quæ inſi-
mul conuenire non dicuntur,ex quo Deus indignari non poteſt,
cum ſit incõmutabilis,videantur ad hoc multa per eundem Zen-
zel.in d.extrauag.Execrabilis,cir.fi.vbi plura in materia gloſauit,&
per glo.in ver.indignationem.in Extrauag.commu. Vas electio-

Indignatio Dei,& Apoſtolorũ,quomodo intelligitur remiſſiuè.

nis,de cenſi.lib.3.cum glo. ſeq. in ver. incurſurum, vbi de canone ferendæ Sententiæ,& non de latæ,intelligitur.

QVARTVSDECIMVS, ET VLTIMVS §. DATVM, ETC.

IN HOC FINALI §. PONITVR HVIVS Bullæ tempus,& locus datæ,ſicut in qualibet voluntate diſpoſitiua, & ordinatoria, aliiſquè Literis Apoſtolicis fieri,& apponi,ſolet.

Diuiſio.

FINALEM Hunc.§. Diuido in Tres partes; In prima ponitur locus datæ,& locus loci; In.2. tempus datæ, & tépus temporis; In. 3. & vlt. ponitur Annus Pontif.Sixti.2.ibi; Anno Incarnationis; 3.ibi, Pontificatus noſtri. Nec ſummatur, cum breuis ſit, & abſquè læſione reſtringi non poteſt.

Non ſummatur.

Data Literarum Apoſtolicarum.

NOTO, ex prima parte, Quòd Romæ, eſt data huius conſtitutionis,vbi Chriſtus Sedem Apoſtolicam collocauit,vt dixi in Prin.huius Bullæ, in 4. Not. videlicèt in Sacro Palatio apud S. Petrum,vbi vt plurimum Pontifices habitant, licèt quandoquè, æſtiuo tempore,data Literarum reperiatur eſſe in alio Palatio,v3. apud S. Marcum, vel apud Sanctos Apoſtolos, vt Bulla Martini Papæ V. Magiſtratum Viarum denuo erigentis videre licet, vel alias,ad Montem Quirinalem, ſeù alibi, etiam extrà Vrbem, prout neceſsitas,atquè commoditas poſtulat,vt in.c.exiit,in fi.de ver. ſig.in.6.cum mult s ſimil.vbi Literarum Data,variè reperitur.

1 Quæſtiones aliquæ circà Datam Literarum Apoſtolicarum remisſiuè.

NOTO Secundò, ex ſecunda parte, quòd † tempus huius datę eſt Annus D. N. Ieſu Chriſti,ab eius Incarnatione, cum Menſe,& Die,pro vt in ea, & ſic cum tempore temporis: Quare autem à tempore Incarnationis ponatur, & non Circumciſionis, vel in alio tempore; & quare in iis Literis Apoſtol. non ponatur Indictio, & quis hunc modum ſcribendi inuenerit, & de aliis quæſtionibus,videantur partim dicta per glo.in ver.Datum,in.d.extrauag.vas electionis, de cenſi. & partim per Zenzel. in d. extrauag. execrabilis,Io.22.ſuper ver Datum, & Bar. in extrauag. Qui ſint

rebell.

rebell.ſuper eodem ver. Et an verba ipſius temporis in ſcriptis extendi debeant, vel abbreuiari, iuxtà ſtilum Cancellariæ? Ad Rebuff. in lib. concorda. in for. manda. Apoſtol. ſuper eodem ver. Datum; vbi etiam ponit octo fallentiás ad illam regulam, quòd in Impetrationibus inſpiciatur tempus Datæ, iuxtà. c. eam te, de reſcrip. & cũ aliquibus fallentiis per Felin. d. c. eã te, cum cõcordan.

NOTO Tertiò, & vlt. ex tertia & vlt. parte, quòd † ad tollẽdas fraudes apponitur in Literis Apoſtol. non ſolùm Annus Chriſti, ſed & Annus Pontif. vt vno cum altero iuncto, magis veritas Datæ dignoſcatur; & ſic experientia vtriuſque temporis fiat. Sed Annus Pontificatus ab eius Conſecratione, & Coronatione principium habet, in qua hæc denominatio (Pontifex) aſſumitur, nomenquè per eum electum confirmatur, non autem ab electione, in qua dicitur Electus Epiſcopus, vſquè ad ipſam Coronationem, in cuius temporis ſpacio in Bullarum plumbatione plumbabantur Bulla non integra, ſed ſolùm in ea parte plumbi vbi capita Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſculpta erant, altera verò pars ex altero latere plumbi, plana, vacua, & abſquè Nomine ſolebat relinqui; aſſumpta verò Pontificis denominatione, in altera parte plumbi ſculpta hæc verba reperiuntur. N. PP. I. II. III. vel IIII. ſeù alterius numeri, illius aſſumpti Nominis, prout de Pontifice noſtro viuente dicitur, PIVS Papa IIII. prout etiam in plumbo præſentis Bullæ dicebatur Sixtus Papa IIII. quod tamen vſu receptum hodie ad vnguem non videmus. Ex quibus dici poteſt quòd qui ſuper prioritate ac Impetrantium poſterioritate iudicare debent, animaduertant ad Datam, ſi eſt Electionis, vel Coronationis, vt de iis omnibus ac de aliis, per glo. in ver. Pontificatus, in fi. Sexti Decretal. & ibi ſcriben.

2 In literis apoſtol. Annus Chriſti, & Pontificatus apponitur. Pōtifex quãdo Nomen Pontif. aſſumat, & de ſculptura plumbea in Literis Apoſtol.

Iudicãtes ſuper impetrãtium prioritate, & poſterioritate, animaduertant ad Datam, ſi Electionis, vel Coronationis ſit.

ET ex prædictis expedita ſit Bulla, vnà cum Quæſtionibus à verbis ipſius prouenientibus, ſparſim in variis locis huius Tractatus inſertis, vbi de ipſis per Bullam diſponitur, & adaptari potuerunt. In ſequentibus verò dictis, aliquas Quæſtiones cõſcribam, quæ etiam apud Tribunal. DD. Magiſtrorum Curatorum Viarum quotidiè verſari ſolent, licèt aliquid de eis in Bulla SIXTI non diſponatur; ideoquè (hic poſt Annotationes & ipſius commentum) eas ſeparatim appoſui.

SEQVVNTVR

SEQVVNTVR ALIQVAE QVAESTIONES, non à verbis Sixtinæ Bullæ, ſed fortè pro maiori parte, à mente Pontificis, ab aliiſquè Literis Apoſtolicis, & à Litium euentu prouenientes, & dependentes, in eodem Iure Protomiſeos.

QVAESTIO PRIMA.

AN MONITVS IN HOC IVRE, AD INSTANTIAM Vicini contigui, per Monitorium de vendendo, de quo ſuprà in Bulla in §. 4. incip. Et nè ob proteruiam, ſiue per Monitorium de reſcindendo, de quo in §. 7. incip. Et quia interdum, intelligatur & ſit aliquo tempore abſolutus, absquè DD. Iudicum Sententia; adeò vt poſſit deindè diſponere de re petita? Et hæc pendet ab altera Quæſtione, An Officium Curatorum Magiſtrorumque Viarum, in ordinatoriis ſuppoſitū ſit Statutis Vrbis?

AD Quarum duarum Quæſtionum (ſub vna collectarum) declarationem, (abſquè ferè allegationibus Iuris) dicendum eſt quòd ſiue quęratur de primo, ſiue de ſecundo genere cauſarum, de quibus tetigi in Prohem. in nu. 8. Officium præfatum in procedendo, Statutis Vrbis non eſſe ſuppoſitum; Et in primo genere, verum eſſe, propter interuentum Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Camerarii, eiuſquè Auctoritatem, Dignitatem, & Officium, qui Cameræ Apoſtolicæ Princeps exiſtit, de cuius † & dictæ Cameræ Auctoritate, Dignitate, & Facultate remiſſiuè tetigi, ſuprà in Prohem. ſub nu. 4. Et licèt Magiſtratus Reſidentia in Capitol. ſit, ſeruenturquè Feriæ eiuſdem Curiæ apud eum; & Bullæ Sixtinæ, & Leoninæ, in Statutorum volumine ſint conſcriptæ; Ordinem tamen diuerſum ab ipſa Curia ſeruare ſolet; Et Reſidentia in Sententiando, ex indulgentia eiuſdem D. Camerarii qui contentatur Locumtenen. ſuum ibidem accedere, factum eſſe dicitur; & nè Cauſarum Patroni duplici onere, & faſtidio prægrauentur, ſi ad domos, & habitationes præfati DD. Camerarii, & Magiſtrorum, ac

1 Auctoritas D. Cardinalis Camerarii & Cameræ Apoſtol. remiſſiuè.

Magiſtri Viarum in Capitol. reſident,

ac coràm quoſcumquè ipſorum, pro eadem re, & quolibet actu accederent; ſed Magiſtri Proceſſus omnes formant uſquè ad Sententiam excluſiuè, vt tetigi in d. Prohem. num. 3. &. 5. & vſquè ad finem Prohem. Et ità ex ſtilo, & vt in aliquo ſatisfiat eidem Curiæ Capitol. ſatis hoc comprobatum eſſe dicitur: Et hoc idem erit dicendum ad illud contrarium, de Feriis Capitol. quia non ad vnguem dictæ Feriæ ſeruantur, niſi in honorem Dei paratæ, cum tempore feriarum etiam idem Magiſtratus in domo alterius ex Magiſtris, ſeniori etate affecti, ſoleat Ius dicere, abſquè vlla cauſarum diſtinctione, an ordinariæ, vel ſummariæ fuerint, exceptis ſolùm cauſis commiſſariis, niſi cum feriarum derogatione commiſſæ reperiantur. Et ad Bullas in Stat. volumine conſcriptas, dicitur parùm referre, cum in eodem volum. etiam Bulla Innocen. VIII. & alia eiuſdem Sixti, aliæquè aliorum Pont. inueniantur, quarum vigore etiam alii Iudices Vrbis (vltrà Capitolinos) cauſas cognoſcunt, & tamen Statuto in lib. 5. cap. 3. vbi prima inſtantia per annũ durat, non ſunt ſuppoſiti.

propter commoditatem Patronorum cauſarum.

NEC refert, ſi Inſtantia de Iure communi triennalis ſit. l. properandum C. de iudi. cum † de Iure can. quod Ius, idem Camerarius, & Camera ſeruat, perpetua eſt, ad glo. in. d. l. properandum, & glo. in c. fi. de dol. & contu. Canon. in. c. venerabilis, de iud. ergò cum adhùc remaneat vitium litigioſi, non poterit monitus ad ſui libitum poſt inſtantiam Statuti Capitol. diſponere, ſed lite pendente vendidiſſe dicetur, & ità in vna Rom. Caſaleni inter D. Alexandrum Petronium Phiſicum, & D. M. Antonium Paloſium Nob. Rom. fuit tempore D. Ceſaris Contardi tunc Aud. & Locumtenentis D. Cardinalis Camerarii, per præfatum Magiſtratum, nobis omnibus in voto concordantibus, iudicatum; noſtraquè Deciſio, & Sententia in Secunda, & Tertia inſtañ. in Camera Apoſtolica exitit confirmata; quia debebat prius cauſæ expeditionẽ, ac abſolutoriam Sententiam petere, vt cauti cauſarum Patroni faciunt, ſcientes illius Magiſtratus Sententiam, eſſe neceſſariam in ſimilibus. Crederem tamen, quòd ſi monitus, in negocio principali veniret abſoluendus, excuſaretur fortè à vitio litigioſi, & ſic à l. fi. C. de litig. apud ipſum Magiſtratum, qui de æquitate, more Camerali, ſolet procedere, & hoc propter auctoritatem ſui boni Iuris, quod in vim Bullarum ſibi competere aſſerit.

2 Inſtantia prima, in vim Bullarũ Six. & Leo. perpetua.

Quod tamen credo non procedere, quando Monitorium de vendendo ſolùm exequutum eſſet, nec lis conteſtata fuiſſet, pro ut ſiquis haberet Monitorium exequutum in manibus, nec per

Limit.

plures

pluꝛes menſes,& annos in actis Notarii Magiſtratus reproduxerit volens fortè poſt venditionem alteri factam, ipſum Monitorium reproducere,& in vim illius cauſam proſequi, quia tunc cenſeretur proteruus, & malitioſus; ob quod non debet quis iuuari, & patrocinari c.tuę, de cleri. non reſiden.cũ cõcord. Si verò † fuerit

3 Monit', qui lite conteſtata etiam poſt triennium alteri vendat, dicitur lite pendente vẽdidiſſe.

cõteſtata, & alteri venderet, ſub colore fortè vt idem preciũ à vicino retrahere volente, & ſic preciũ conuentũ recipiat, nõ autem precium ęxtimandum, non audietur; ex quo per Monitorium de vendendo ſibi præſentatum, eidem vicino fuit ius quæſitum; quod auferri non debet; ex Reg. Cancell.de non tollen.iu. quæſito, vt per Gomes.in d.Reg.in Quæſt.prima,& per totum, ideò in eius præiudicium lite pendente vendere non potuit, nec ex dicta venditione in precio ſe iuuare d.l.fi. de litigio. ac etiam per ſuperius dicta,& ità fuit iudicatum, vt dixi.

Et idem dicendum eſt,ſi quęratur de ſecundo genere cauſarum ex aliquibus cauſis,& rationibus ſupradictis, ac etiam quia nullibi in Statutis Vrbis diſponitur diſtinctè de Viarum Magiſtris,quinimmò Magiſtratus habet Statuta particularia, Motus Proprios, Bullas,& Facultates multorum Pontif. qui manu Regia etiã procedere poteſt,vt in Bull. Martini Papæ. V.§.3. videre licet, præfatum Officium Magiſtrorum ſuſcitãtis, & aliorum Pont.& licèt aliqui à Signa ura, commiſſionem prorogationis Fatalium obtineant in prima inſtantia, hoc ex abundanti cautela factum eſſe dicitur; Et licèt etiam à cauſis eiuſdem Magiſtratus non debeat appellari, ſed via recurſus eligi, ac vt plurimum in cauſis dicti ſecundi generis ad Magnificum D.Capitan. Appellationũ, & nullitatum, & à Sententiis primi generis ad Cameram Apoſtolicam reclametur, & recurratur,vt aliàs dixi,hoc fit, ex prorogata Iuriſdictione à partibus habita, qui in quemlibet alium Iudicem aſſentire poſſunt; Sed quandoquè vidi(non ſolùm in cauſis primi, ſed etiam ſecundi generis,pro quibus ad Capitan.fuit recurſum) vt ad inſtantiam alterius partis per Cameram Apoſto.cauſam eſſe reaſſumptam,ac vni ex Reueren. Patribus,dictæ Cameræ commiſſam,& in vim illius inhibitum, ipſamquè fuiſſe finitam,cum idem Magiſtratus dę mẽbris eiuſdem Cameræ ſit,nequè eorum Notarius ſupponitur taxis mercedum Curiæ Capitol. vt antiquitus fuit ſeruatum, ac de recenti per Bullam Reformationis Tribunalium à Beatiſs D.N.Pio IIII. æditam,& per taxam indè ſequutam, conſtat; cum idem Magiſtratus recognoſcat in Principales, & ſuperiores D. Cardinalem Camerarium,& Cameram Apoſtol.(poſt Pontificem)deindè vnũ,

ex

ex ſeptem Præſidentibus & Clericis eiuſdem Cameræ, Viarum Præſidens nuncupatum, in Superintendentem, loco præfatę Cameræ, in cauſis Publicam vtilitatem cōcerneñ. vt in eorum Facultatibus conſtat, ac etiam quia corām Iudicibus Capitol. iuxtà fomam Stat. Vrbis, in cauſis à .X. duc. ſuprà offertur libellus, vt in cap. 53. in. pri. Lib. Stat. corām tamen dicto Tribunali, via monitorii & inhibitionis proceditur, etiam per ſolam petitionē in loco differentiæ factā in cauſis ſcilicèt no. oper. nun. Seruitutum, & ab eis dependentiū, & ibidem terminari poſſunt, ac decidi, vt per Motum proprium Alex. Papæ VI. die 2. Aprilis 1495. editum, in §. 1. & per alterum Pauli III. ſuper confirmatione iuriſdictionis eiuſdem Magiſtratus, in §. 2. exceptis cauſis mercedum, & taxæ ob iactum domorum, ſeù vulgariter gettitum, & viarum pauimētationis, in quibus vnica citatione præcedente ſolet mandatum decerni, & relaxari, cum intimatione, arbitrio Magiſtratus; Et ex iis, ac aliis rationibus quas omitto, ſatis dignoſcitur qualitas Tribunalis.

QVAESTIO SECVNDA.

CVM BVLLA SIX. IN §. 4. INCIP. ET NE OB proteruiam vicinum cogat ad vendendum domum aliumquè locum, locari ſolitum; An econtrariò vicinus ad inſtantiam alterius vicini, ad emendum domum contiguam, cogi poſsit?

BREVISSIME dicitur, quòd ſiquis promictat rem vicinam emere, vel partitum fecerit, vt vicinus emat, aut vendat ſuam, cum hæc nequè directè nequè indirectè à Bulla proueniant, & depēdant, omitto. Si verò oblatio, & promiſsio de emendo facta nō fuerit, an aliquo modo cogatur in vim Bullę? & ſimiliter dicitur, cum per eam nec tacitè nec expreſsè diſponatur, nō eſſe cogendus, immò talis caſus tamquàm Iuri contrarius reiciendus, argu. l. nec damnoſa. C. de preci. Imper. offer. & .c. nec damnoſa 25. q. 2. quia quis emere non cogitur. l. nec emere C. de iure deliber. cum cōcordan. de quibus dixi ſuprà, in §. 7. incip. Et quia interdum, in 2. Not. niſi à Lege in caſibus ſpecialibus, ſeù à Principe, aliter fuerit ordinatum, vt ibi num. 6. & aliis locis, ibi notatis.

QVAESTIO TERTIA.

QVIA SVPRA IN §.4. INCIP. ET NE OB PROteruiam, in.3. Not. num. 10. poſui Quæſtionem illam, An Bulla locum habeat in domo depreſſa, diruta, combuſta, & Caſalenis, ideò incidenter ex ea quæri poteſt, Quis reficere teneatur domum ruina depræſſam, ſeu combuſtam, an Inquilinus, vel Dominus?

HAEC Quæſtio, licèt non videatur de Bulla, nihilominus, quia coram Magiſtratu caſum euenire vidi, ideò hic eam aponere volui; circà quam Diſting. Aut dolo inquilini, aut ex eius ſola negligẽtia prouenit; Si dolo, non ſolùm ad refectionem damni, & domus, ſed etiam pœna incendii tenetur, Ang. in Tract. malef. in ver. Incendiario, num. 2. cum concord. Si ſola negligentia quæ caſui fortuito æquiparatur, non tenetur, ſed Dominus, ex quo præuideri non potuit; ſi tamen ſolitam diligentiam nè caſus eueniret, adhibuit, Ang. in. d. loco, in glo. cuius rei, in princ. Saly. in. l. quæ fortuitis C. de pignor. actio. & in. l. ſi vendita. ff. de peri. & com. rei vend. Sed quia regula eſt quòd in dubio præſumitur culpa conductoris eueniſſe, vt per Fulgo. & alios, in. d. l. ſi vendita. l. nàm & ſalis §. cognoſcitur, vbi Bal. ff. de off. pręf. vr. l. 1. ff. de off. præf. vig. Paris. in conſ. 87. Inhęrendo veritati, num. 4. volum. 4. Alex. de Neuo, conſ. 87. In Chriſti &c. In caſu de quo, num. 1. & ſeq. & ſic culpa illius qui debuit domũ cuſtodire; Henri. de Bouer. Sing. in ver Præſumptio, num. 6. Io. Ant. Trigo. ſing. 57. Incendium. num. 1. & ſeq. ideò ei incumbit onus probandi contrarium. Nec in dicto contractu venit caſus fortuitus, niſi de eo fuerit conuentum. l. ſi vt certo. §. nunc videndum, el primo, ff. cõmod. Anchar. conſ. 348. conductor domus, num. 2. vel alio modo, ut ſi diligentia ſolita habitantis probaretur, quam homines diſcreti, & diligentes ſolent adhibere, ac facere ignem temperatum in loco deſtinato, & ſimil. vt latè per Alex. in conſ. 50. viſis & oportunè cõſideratis, volu. 1. & idem in. l. prætor §. prætor, num. 7. cum duob. ſeq. ff. de eden. quia ſi deindè defectu ipſius, domus comburatur, Dño imputetur, qui domũ non reparauit; ideò dicebat Crot. in. l. 3. §. cato, num. 73. cum duob. ſeq. ff. de verb. oblig. quòd illa culpa pſumpta, intelligitur de leui, & quòd per probationẽ conductoris

quòd

quòd ſit pſona vigil,& diligens, ipſa præſumptio eliditur, & Fran. Nicon.in Rub.C.de eden.nu.48.& Trigo. d.ſing.57.num.3.& 5. & ità per eundem Magiſtratum fuit iudicatum in vna Rom. incendii, inter Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. meum D. Cardinalem Vitellium (qui tunc ad Camerariatus Officium adhuc non erat aſſumptus) Inquilinum Palatii, nuncupati, Palatium de Senis, ex vna,& Eccellentiſs.D. Ducem Amalphiæ,Dominum eiuſdem Palatii,partibus ex altera,vbi per teſtes probatum fuit, & per Peritos eiuſdem Magiſtratus relatum,ex mala fumarii, & camini conſtructione incendium proceſsiſſe, in cuius vertice & cappa ſuperiori trabes interpoſitæ fuerunt,quo ergò probato, dicitur culpa habitantis abeſſe,Bal.in.l.ſi creditor, verſ. ſi autem probetur. C. de pigno.actio.& ſequitur Paris.d. conſ.87. num.5. cum ſequentib. videas etiam ad hoc addi.ad Bar.in.l.ſi alios §.eſt & alia.ff. quod vi, aut clam.

Regulam autem prædictam limita, Tribus modis, Primò,vt ſi nemo domum habitabat,cum tunc ceſſaret præſumptio conductoris. Saly.in.d.l.quæ fortuitis,colum.6.verſ.nunc accedo. Secundò, Si plures familiæ diuiſim habitarent, cum non præſumeretur contrà omnes, niſi tantùm contrà partis incenſæ habitatores, l. ſi verò plures,in prin.& .§.1.ff.de iis qui deiec. vel effud. Limit.

Tertiò,ſi probaretur Patremfamil.fuiſſe diligentem, vt dixi, vt l.ſi vendita inſula.ff.de peri.& com.rei vend. Et de iis,per eundẽ de Neuo.conſ.88. In Chriſti &c.In cauſa accuſæ,nu.4. cum duob. ſeq. locum non haberet,per prædicta.

Differentiam autem inter caſum fortuitum, periculũ, dolum, culpam,& horum declarationem,ponit Rube.Alexandrin.in. d.l. ſed & ſiquis §.quæſitum,num.1.vſquè ad num.6.ff. ſiquis cautio. Igne.in.l. contractus,num.78.cum multis ſeq.ff. de reg.iur. Io. Sadole.in.l.quòd te,num.13. vſquè ad 24. ff. ſi cer. pet. Et an iſtis renũciari poſſit,idem Rube. in eo.§.per totum,dicit quòd ſic, ſi ſpecialiter & non generaliter illa enumerauerit. Quod limita, vt dicit Ant.de Petru. in.l.1.num.164.ff.de iure iuran.niſi per iuramentum eſſet generaliter renunciatum,& periculum in ſe quis ſuſciperet; Et hoc etiam temperatur, vt ipſe ſubiungit, & procedere ait in caſibus fortuitis ſolitis, & non in extraordinariis, quibus non præſumitur fuiſſe cogitatum,per.l.fiſtulas §.fi.ff.de contra. empt.

Si verò domus per duos conductores,vnum à parte ſuperiori, alterum inferiori domus,conducta fuerit; vt ſuprà in 2.limit. tetigi, quis ipſorum de incendio teneatur? per Rom. in conſ. 401. Q.An cõductor ſuperior vel inferior

eo præſuppoſito, ac de materia incendii, latè per Anchar. in. d. conſ.348.Ang.conſ.197.In quæſtione propoſita, & in Tract. maleſ.in d.ver.Incendiarii, Grat. Reſpon.46. In hac cauſa,volum.2. Afflict.Deciſ.57.Illo die,& in 3. Lib. Conſtit. Reg. Qui doloſè,de incendiariis,Gram.Deciſ.3. In cauſa Magnificæ Nobilis Hieronymæ. Ac eiſdem rationibus fortè etiam dicetur, ſi culpa conductoris,ſeù aliàs Domini,domus ipſa ruat,per ſupradicta.

QVAESTIO QVARTA.

QVIA SVPRA IN §. 2. INCIP. NOS IGITVR, IN 2. Not. ſub num.8. dictum fuit de viſione loci differentiæ, vnà cum Peritis, Architectis, Geometris, & Submagiſtris eiuſdem Magiſtratus, & de ipſorum iudicio, ex quibus quæri poteſt, An in eorum iudicio referendo, Iuramentum præſtare teneantur.

AD Quod,ſic diſtinguendum puto; Aut menſurationem,& æxtimationem domus,ſeù alterius loci vendendi,in vim præſentis Bullæ referunt,& alicuius taxæ per eos prius confectæ, pro aliquo iectitu Plateæ,ſeù viæ publicæ conſtruendæ,vel ampliandæ, & ad filum redu cendæ,quæ in ſcriptis, ac penès Notarium cũ ſubſcriptione Viarũ Præſidentis,& Magiſtratus, in actis dari ſolet, vt dixi ſuprà in §.1.in.1.Not.ſub nu.5.& tũc tenentur iurare,Bar. in.l.1.ff.de ven.inſpici.vbi etiã alii, Et ideo S. D. N. Pius Papa IIII. in Bulla ſuper Reformatione Tribunalium Almæ Vrbis, declarauit Peritos eiuſdem Magiſtratus, cum iuramento referre debere, vt in ſimili de agrimenſore dicitur,vt per Ang.in §. quædam actiones,num. 12. Inſtit.de actio. Intelligendum tamen eſt, vt referant ſecundum eorum iudicium,non autem ſimpliciter, ac præcisè iurent,ità æxtimare pro veritate,Bal.in.c.quia iudicante,de præſcrip. & Pet.Foller.in ſua Prax.cenſua.ſuper ver.dummodo annua cen. huiuſmodi,num.4. vbi etiam in num.ſeq.qualitatem menſurationum conſcribit,vt pedis,paſſus, & ſimil.ac in num. 9. ponit deſcriptionem diametris,ſemidiametris,riparum, montium, & aliarum menſurationum, de quibus etiã dixi ſuprà, in.d §.1.in.1.Not.ſub num,5. Aut referunt eorum iudicium in cauſis Seruitutum & ab

eis dependentium, in ipſa loci differentiæ viſione, ſeù occaſione viſionis, ſcilicèt circà groſſitiem, bonitatem, aliamuè qualitatem fundamentorum, murorum, ædificiorum, & ſimilium, & non tenentur iurare, & ratio eſſe poteſt, quia Magiſtratus habet auctoritatem ſummariè cognoſcendi, & decidendi cauſas, etiam per ſolā loci differentiæ viſionem, easquè etiam ibidem terminare, & finire, vt per Motus proprios Alex. VI. & Pauli. III. ac aliorum Pont. vt dixi ſuprà in prima Quæſt. cir. finem, & in iis cauſis, & caſibus ſummariis, periti iusiurandum præſtare non tenentur, ſuper eorū iudicio reddendo, vt per Rom. in conſ. 20. Viſo puncto, num. 3. & 8. Sed ſi non ſecundum eorum verum iudicium retulerint, quinimmo ſi amore, timore, odio, gratia, precio, & precibus, hoc fecerint, tenentur de dolo, ad alleg. per Hier. de Mon. in Tract. de fini. regen. Cap. 33.

In cauſis ſūmariis Periti non tenentur iurare ſuper eorū iudicio reddēdo remiſſiuè

QVAESTIO QVINTA.

AN, ET QVANDO PERITI, ET æſtimatores locorum, de quibus in Quæſtione præcedenti, prætextu erroris ſe corrigere poſſint.

DISTINGVAS, Aut in Actis Notarii, eorū iudicium, & æſtimationem retulerunt, Aut adhuc non retulerunt, Primo caſu, Subdiſting. Aut in quantitate rei ſe corrigunt, & ſic in æſtimatione, Aut in menſuratione, calculo, & in modo ſummandi, & calculandi omnia per eos æſtimata; Si in quantitate, non poſſunt corrigere, ex quo dicuntur functi eorū officio, qui, vt arbitri ſeù arbitratores reputantur, niſi fuerit eis iterūm facultas corrigendi conceſſa, Bar. in. l. theopompus, num. 7. ff. de dot. præle. Roma. in Rub. de Arbi. colum. 6. iunctis. l. quod tamen, l. non diſtinguemus §. de officio. l. quia arbiter. ff. eo. tit. Zabar. in conſ. 29. Iudex, Paris. in conſ. 46. num. 24. Paucis, Volum. 1. & ratio videtur, quia non dicerentur errorem correxiſſe, ſed æſtimationem; Si in menſuratione, & calculo; videtur dicendum eos poſſe, cum tunc dicantur errorem correxiſſe; Solet enim concedi reuiſio, per eoſdem, ſeù per alios peritos facienda, ſiquis ſe læſum dixerit, Io. Cephal. in conſ. 36. In cauſa, ſub num. 7. ex officio, vel de partium voluntate, ità & ipſi periti ſi errore ducti, ſe ipſos velle corrigere

corrigere in prædictis dixerint, poſſunt; modo prædicto. Si verò in ſecundo caſu principalis diſtinctionis, ſcilicèt quando adhuc in actis non retulerunt,poterunt tunc ad eorum libitum reuidere,& corrigere,ad ſimilitudinem arbitrorum,vt ſuprà, quia Iudex antè Sententiam, & antè reductionem in actis, & publicationem corrigere,addere, & minuere poteſt, & non poſt, ad not. per glo. & Doct.in.l.Iudex poſteà.ff.de re iud. cum concordan. niſi in caſibus limitatis,vt ibi per eos.

QVAESTIO SEXTA,

continens alias Quæſtiones.

AN, QVANDO, ET QVOMODO SCIENTIA VICINI requiratur,ſcilicèt quòd domus alteri vendita ſit, ad hoc, vt ad retractum venire poſſit? Et quanto tempore Ius huius Bullæ præſcribatur? Quæ dependet ab altera Quæſtione, An,& quandò Intimatio, & Requiſitio Vicinis facienda,requiratur? Et in ea etiam incidenter quæritur, An faciens monitorium poſſit quandocumquè ei renunciare, & cauſam deſerere?

HAE Quęſtiones ſub vna collectæ, ſunt de principalioribus quæ apud Tribunal Magiſtrorum viarum verſentur, ideò ſi in eis me extendam, non erit inconueniens; quas diſtinctionis fœdere explicabo. Et capiendo illam ſecundam, ſcilicèt Intimationem, & denunciationem incitatoriam, & omittendo illam quadruplicem denũciationem, de qua per Ang. in Tract.Malef.in ver.Necnon ad denunciationem,num.2.& Marant.in Rub.de Denuncia.in Tract.Ordi.iud.in 6.parte,de denunciatio. num. 1. ac etiam alias denunciationes omittendo, de quibus per Bar.& ſcriben.in.l.nõ ſolùm § morte.ff.de no. oper. nun. Iac.nouel.de iur.protom §.3.num.38. Sed de ea quæ aliàs intimatio dicitur,quæ vicinis aliquando fieri ſolet;& eam in hoc caſu dico non requiri, nec neceſſariam eſſe, cum nullibi in Bulla de ea mentio fiat; Si quis verò intimauerit; ad benè eſſe, ad cautelam abundantem, & ex vrbanitate factum eſſe dicetur, & non neceſſarium; ad not.in.l.1.& l.impenſæ.ff.de impen.in reb.dota. fac. &

In.l.impenſæ.ff.de ver.ſig. Sed † alienatio in extraneum facta, neceſſario non annullatur, niſi vicinus voluerit, & ſic cum hac qualitate & conditione, vt per tex.in.l.2.de leg. commiſſo, & declarat Fulgos.in.l.ſi ſponſus §. ſiquis rogatus, num.2.de dona.inter vi.& vx.Tiraq.in rep.l.ſi vnquàm, verſ.reuertatur.num. 11. cum ſeq. C. de reuoc.dona.Rui.in conſ.35.Adeò plenè,num.31.volum. 1. ſicut † intimatio pro forma requiritur in illa Conſtit.Feder. Imper. Vt per Affl.ct.in eadem Conſtit.in ver.vt intrà 30.dies,nu.3. &.10 cum ſeq.Tiraq.de Retract.munic §.36.in glo.2.num.26.cum ſeq. & ſicut pro forma etiam requiri dicitur in Decreto Camerali, in fauorem Inquilinorum, vt inferius dicam. Hic verò ſi intimatio requireretur,poſſet vicinus quandocumquè, etiam poſt annum, retrahere,extraneoquè emptori auferre,attenta forma non ſeruata,Affl.ct.Decis.378. Quidam debitor,num.4.& Deciſ.355. Si præſtitus,num.5.& ſeq.& latè Paris.in conſ. 19. Ad reſolutionem,nu. 58.cum ſeq.volum.2. Et nihilominus vicino non licet ad retractũ venire poſt annum, à die ſcientię, vt dicam modò in altera Quæſtione huic connexa,& dependenti.

1 Alienatio in extraneum facta, non annullari, niſi cum qualitate & conditione, ſi vicinus voluerit.

2 Intimatio pro forma requiritur, ſi per legẽ, deſcripta inueniatur, aliàs nõ, vt hîc.

Vndè dico, quòd ſiue quęratur an volens vendere, teneatur vicinum requirere ſi emere voluerit, ſiue quæratur an extraneus volens emere, hoc idem facere teneatur, ergà ipſum vicinũ, & vtroquè caſu, dico non eſſe neceſſariam, ex ratione prædicta, benè verum eſt quòd emptori magis hoc facere conuenit, ſi quietè, ſecurè, & abſquè dubio retractus viuere voluerit, quàm venditori; qui poſtquàm vendidit, dicitur in totum à præſenti Bulla obnoxius, nec per Monitorium de reſcindendo quicquàm facere poteſt, quia vẽditio ex parte ipſius perfecta, atquè completa dicitur; licèt deindè ex parte emptoris reſcindi poſſit; vt dixi ſuprà in.§. 7.incip. Et quia interdum, per illum textum, Intimatio verò vicino facienda, licèt non ſit neceſſaria per hanc Bullam, ad multa tamen iuuare ſolet, ad glo.in ver.& hoc, in Auctẽ. vt exact. inſtan. dot §.illud quoquè, colla.7.nè emptor per ſpacium totius anni, à die ſcientię, in tali dubio permaneat, vt inferius dicam; Si uerò de illo dubio ſe exonerare non curauerit, intimationem facere non erit obſtrictus, ideòquè nullum verbum in Bulla de requiſitione, dicitur.

3 Intimatio vicinis, licèt non neceſſaria ex Bulla, tamẽ iuuat.

Et licèt in d.§.7. adſit illud verbum, recuſauerint, prout etiam alibi verba ſimilia adſunt, requiſitionem ſupponentia; vt in d.§. dixi, in.1.Not. Dicitur illud pręſuppoſitum vt dixi, eſſe vtile, & nõ neceſſarium, ſiquis ſimili cautela vti voluerit; Ideoquè credo

Pontif.

Intimatio necessaria Inquilinis, ex Decreto Camerali.

Pontif.in Bullis non appoſuiſſe neceſsitatem, ſicut in Decreto Reueren.Cameræ Apoſtol.in §.3.incip. Et nihilominus, vbi ſi forma illa non ſeruatur, Inquilinus poteſt domum venditam petere, quandocumquè ſciuerit, etiam poſt annum,ſi emptor, & venditor tacuerint. Neceſſarium verò ex Bulla,erit Monitorium de vēdendo,loco intimationis,in venditionibus neceſſariis,& Monitorium de reſcindendo in venditionibus voluntariis, niſi fortè dicatur quòd largè in Monitorio contineatur intimatio, de quibus duobus Monitoriis dixi,ſuprà in.§.4.Incip. Et nè ob proteruiam, in 3. Not.num.5.& in.§.5.incip. Et inter duos,in. 3. Not. ſub nu. 5.ac in .§. 6. incip. Prouideant, in vni. Not. in princ. & in. d §. 7.in 2.Not.

3 Prima pars Quæſtionis propoſitæ.

Hoc ſic explicato, venio † ad aliam quæſtionem connexam, quæ fuit prima pars quæſtionis propoſitę, An, quando, & quomodo Scientia vicini requiratur; Et quanto tempore hoc Ius per hanc Bullam præſcribatur; Et ad declarationem huius primæ partis, ſcilicèt de Scientia, omittendo aliarum Scientiarum cognitionem,& illam Scientiam explicitam, & implicitam, de qua per Abb.in glo.Rub.de ſum.trin. & fi. cat.num.4. vſquè ad fi.vbi etiā de Scientiarum origine; Sed ſolùm de ea dicam, quæ apud eundem Magiſtratum tractari ſolet: Super quà Diſting. Aut quæritur de Scientia, reſolutionem & deliberationem animi inducente; Aut de Scientia mpram conſtituente; Primo caſu Subdiſting.Aut ſumus in caſu vbi pro forma requiritur intimatio, Aut non; Si requiritur,præcisè fieri debet de contractu iam facto,vel faciendo cum omnibus qualitatibus,precio,ac pactis, ad hoc vt indè Scientia venditionis prouenìens,Scientia dici poſsit, ideſt, plena, & vera; cum ſcire in vniuerſo, ſit rem per cauſam cognoſcere, ſecundum Philoſ.vſquè ad elementa; ſcire enim quis non dicitur, niſi certitudinariè ſciat,Bald. in tit.ſi de feu. fue. contro. inter dom. & agna.in .§. Vaſſallus,num.1.cum concordan.adeò vt ex prædictis ſubſtantialibus,quis ſcire,aliàs ignorare dicitur. l. multum. ff. de condi.& demo. & de hac Scientia deliberationem animi inductiua, loquitur Afflict.de Iur.Protom.in.d §.vt intrà 30. dies, num. 6.pro qua multa etiam congerit Tiraq. de Retract. Munic. in.§. 36.in glo.2.num.30.cum multis num.ſeq. quia illud debere ſcire, prouenit ab ipſa Conſtitutione, quæ intimationem faciendam ordinauit, vndè ſi ſubſtantialia omitterentur,non diceretur habita ſcientia illius rei,per intimationem debitæ, & pro forma requiſitæ; meritò in hoc caſu non ſufficit ſcientia generalis venditionis factæ

Diſtin. Scientia, duplex. Subdiſtin.

Scire,quis dicatur.

factæ, quia Cōſtitutio ipſa vult, quòd ſit particularis, oēs qualitates complectens; ex quo vt dixi, neceſſariam intimationē adinuenit.

Si verò nō requiratur intimatio pro forma, iterum Subdiſting. Aut intimatio facta eſt ex vrbanitate, & dicitur idem quòd ſuprà, vt fiat ſcilicèt cum dictis qualitatibus, quia poſtquàm quis onus intimandi ſuſcepit, nō debet ſe iuuare ſi ſubſtantialia omitteret, quia vicinus ſe deliberare non poſſet, an vellet retrahere, ſed præſumeretur potius ipſum emptorem, dolum, & fraudem commictere voluiſſe, vt annus præſcriptionis retractus (vt inferius dicam) labatur; quibus ſic ſe patrocinari non poterit c. tuæ, de clericis nō reſidentibus, & in ipſa intimatione poteſt per Iudicē præfigi terminus vt tenet Igne. in l. dudùm, num. 84. cum ſeq. C. de cont. empt. Si verò intimatio facta non fuerit, neque pro forma requiratur (vt in præſenti Bulla) & tunc vicinus habet annum ad retrahendum, vt dicā paulò inferius in Quæſt. connexa, à die ſcilicèt ſcientiæ, quæ (cum non ſimus in caſu voluntariæ, neque neceſſariæ intimationis, vt ſuprà) videtur dicendum quòd ſola, ſimplex, & generalis ſcientia, ſeu aliàs notitia de ipſa venditione (dummodò vera) ſufficiat, in caſu huius Bullæ, abſque ſcientia qualitatum, & conuentionū, vt annus incipiat, & vt poſt annum vicinus in mora conſtituatur, vt videtur tenere Tiraq. in l. ſi vnquàm, in præfa. nu. 80. C. de reuoc. dona. dicens ſcientiam generalem eiuſdem eſſe momenti ac ſi in ſpecie facta fuiſſet, niſi requiratur pro forma, & hæc eſt illa de qua ſuprà in principali Diſtinctione, de ſcientia moram conſtituente, dicebam; dūmodò quis ſciat verè factam fuiſſe venditionem, & nō per vanam vocem Populi quę exaudiri non ſolet. l. decurionum C. de pœn. & not. Bar. in l. de minore. §. pluriū, ad fi. ff. de quęſtio. ſed per vocem vtilem, probabilem, & veram, licèt qualitates ignorentur, vt per Teſtes, quorum fidelitas, & eorum conteſtura an requiratur, diſcretioni ac religioni Iudicātis relinqui ſolet. l. 3. §. ideo què, & ibi not. ff. de teſti. qui improbari non poſſunt, licèt in qualitatibus diſcordent, dummodò ad eundem finem probandi dictam ſcientiam in genere, tendant; quia hæc, ad talem generalitatē probandam obſtantiua non dicuntur, ſed adminiculatiua, & adiunctiua, ex quo Teſtes per diuerſa media dicuntur tendere ad eundem finem ſciendi generalem ſcientiam, Pariſ. in conſ. 87. Ad veritatem, num. 35. & ſeq. volum. 3.

Alia Subdiſtin.

Suſcipiens onus intimandi, cū omnibus qualitatibus debet intimare.

Simplex & generalis ſcientia in caſu Bullæ ſufficere, ad conſtituendum in mora anni ad retrahendū ordinati.

Et ità de ipſa ſcientia multi cauſarum Patroni tenent in Vrbe, vbi in vim Bullarum proceditur ad ornamentum publicum, & ità eſſe de ſtilo affirmantes, licèt etiam aliqui incontrarium dicant

tenuiſſe Domini de Rota,in vna Rom. Palatii Montis Citatorii, inter D. Epiſc. Xantonen. de Soderinis,& D. Aloyſium de Gaddis Die 28. Martii 1544. coram D. Moheda. ſed dicta Deciſio loquitur & procedit in illo caſu,quia Epiſc. erat abſens ab Vrbe, dùm eſſet Maſſiliæ,quali ſecus eſſet ſi præſens fuiſſet, & ſciuiſſet venditionem in genere, à fide dignis perſonis, quia tunc facilis eſſet recurſus,vt veritatem & qualitates ſciret,vt hoc idem die 24. Nouẽbris eiuſdem anni,iidem Domini tenuerunt ſuper alio puncto, in eadem cauſa.

4 Præſumptiones ad inducendam ſciẽtiam,iuuare. Nec in prædictis erit contemnẽda præſumptio † ſcientiæ ipſius vicini,licèt probatio ſufficiens non dicatur, Imo. in Clemen. Cauſam,num.78.cum duob. ſeq.de electio. Barba. per duas colum. & Fely.in c.cum contingat,num.2.vſquè ad.5.de reſcrip.vt ſi emptor fabricaret in domo,ſiue apparatum fabricandi fecerit, quod à pari in hoc caſu procedit, cum tunc incepiſſe dicatur, licèt nedùm aliquid operis factum ſit,Crot.in.l.1.§. nunciatio, num. 13. ff. de no oper.nun.ac etiam ſi publicè poſſeſsionem acceperit, à quo facto,ſcientia præſumitur,Bouer.in ſingul.in ver. Præſumptio.num. 11.vel arma,inſigniaquè in pariete,& muro, in via exiſtenti, fuerint appoſita,aliudue quid ſimile fecerit,quod potius Domino domus quàm inquilino conueniat,vel etiam quòd vicinus procurauit ſcire,quia præſumeretur ſcientiam habuiſſe, vel ſæpius de ipſa re tractatum habuit; vt de iis, & aliis,per Soz. in Tract. Fallen. in Reg.175.& ſeq.ſuper ver.Ignorantia,cum ſuis fallen.ac ex vicinitate illa etiam aliqualis ſcientia præſumitur,Bar.in.l.ſi cui.§.iiſdem in.3.quæſt.ff.de accuſa.& in.l.1.vbi alii ſcriben. ff. ſi cer. pet.& ex iis dicitur procedere illa regula, quæ non ſingula proſunt, multa collecta iuuant,l.inſtrumentum &.l.ſeq.cum glo.C.de proba.cum concord.& ad not.per Din.in ſing.77; Quæ omnia iudicio Magiſtratus conſideranda ad adminiculandum, relinquuntur: Volens ergò retrahere(nè in iis difficultatibus incidat)poteſt facere Monitorium cum proteſtatione,vt inferius dicam, & talem ſcientiam, etiam in ſimili Stat.Lucen.conſcripſit Deci.in cons.222.viſo,num. 2.& ſeq.volum.2.& Alex.conſ.24.viſo,volu.4.& conſ. 138. ſimiliter,incip.viſo;volum. 7. quæ faciunt in propoſito, licèt Tiraq.in d.§.36.glo.2.num.25.hæc conſilia videatur impugnare, & impugnatio vera eſt, in caſu ſuo,Intellectus verò Bullæ in.§.7.verus etiam eſſe poteſt in caſu ſuo, attenta mente & ratione Pontif. de qua in variis locis dixi.

Ideoquè vicini in multis locis Italiæ vbi ſimilia Stat. uigent,in hoc

hoc debent eſſe benè aduiſati, cum aliàs contractus in extraneum factus, ſilentio annali confirmetur, ad trad. per Hippol. in ſing. ſuo 64. In multis partibus, & Gozzad. in conſ. 71. In cauſa d. Simonis, ſub num. 1. Et illa contraria ſuper hac ſcientia, vt per Abb. in. c. mandatum, in fi. de procura. cum ſimil. vt dixi, procedunt vbi ſcientia per notificationem requiritur, vt. l. denunciaſſe. ff. ad. l. iul. de adul. d. clem. cauſam. §. intimatio, vbi Imo. & alii, & hic ad dictum finem ſciendi dictam uenditionem fit, cum qui aliquid ſcit, etiam extraiudicialiter, ſeù non ad plenum ſciat, ignorantiæ colorem prætendere non poteſt. l. quod te. ff. ſi cer. pet. & Alcia. in. l. quidam æxtima uerunt. §. ſi dictum, eodem tit. & in caſu huius Bullę ad hoc tenditur, vt ignorantia venditionis prætendi non poſſit; in caſu verò intimationis, ad id tendi ſolet, ſcilicèt, vt ſcientia plena inducatur; in primo enim caſu quis ēt ſcire dicitur ex auditu. l. itē veniunt. §. petitam. l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de pet. hæred. Fely. in. c. præterea, in prin. de teſti. c. hoc videtur, 22. q. 5. & Afflict. d. Trac. in §. fi. nu. 21 & licèt ibi, in nu. ſeq. dicat de ſcientia, vt per literas miſſiuas, vel per teſtes, de qua in, l. 2. ff. de actio. & oblig. & d. §. petitam, & dicat ipſam non ſufficere, ſed quòd ſcientia plena requiratur, ità vt facti ſeries non ignoretur, id verum eſt, quia in. d. Conſtit. apponitur tēpus, & etiā denunciatur, & ſic pro forma ſubſtantiali requiritur: Quod comprobatur per tex. in. l. ſi. §. ſed nè hac occaſione, in fi. C. de iur. emphit. c. potuit in prin. extrà, loca. & vtrobiquè per Doct. Afflict. in. d. §. vt intrà 30. dies, Spec. in tit. de loca. verſ. 91. & 98. vbi de ſcientia qualitatum; ſed loquuntur in ſuis caſibus, vbi pro dicta forma & ſubſtātia requiritur, vt ex lectura ipſorum apparet.

Et ſi dicatur quòd ex hoc non tollitur dubium; quin ſcientia debeat eſſe plena cum ſuis qualitatibus, licèt ex auditu habeatur, & ſimul. cum poſſit etiam plena, & vera haberi, ex dicto auditu. Reſpon. Sicut interpellatio quæ aliàs in iudicio fieri debet contrà aliquem, ad conſtituendum ipſum in mora, de qua in. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig. glo. in. l. amplius. ff. rem rat. hab. Poteſt etiā eadem fieri extraiudicialiter, abſquè tanta ſolemnitate, vt ibidem per Bar. Ias. & alios repeten. ità etiam videtur in hoc caſu poſſe ſufficere notitia venditionis factæ, ex auditu, vel aliter, ad conſtituendum tàntummodò ipſum ſic ſcientem, in mora anni prædicti (licèt fortè illud ſimile in totum non conueniat) & ità etiam ad hoc propoſitum diſtinguit Afflict. in. d. §. vt intrà, nu. 5. Pro ut dicitur etiam de eo qui iurauit aliquid præſtare Titio creditori, nunquid ſi aliunde ſciat ipſum Titium indigere, teneatur præſtare, etiam non interpellatus? Iurās aliquid præſtare cre-

ditori, ſi aliũ dè ſciat credi torem ipſum indigere, an teneatur præ ſtare, etiam non interpel latus?

pellatus? Alcia.in.l.quod te,cir.ſi.ff.ſi cer. pet. dicit quòd ſic, quaſi illa notitia aliundè habita ſufficiat,alleg.c.1.§.licet,ſi de feu.defun. conten.in uſi.feud.& c.breui, & ibi ſcrib.de iur. iuran. cum Religio ipſum ſtimulare debeat, vt quàm primũ poſſit,& ſciat,legem abſoluat,& id,ad quod tenetur, obſeruet; c. quærelam,eo. tit.de iur. iuran.niſi fortè iu auerit præſtare,ſi requiſitus eſſet c.1.verſ. ſi requiſitus,de no.for.fideli.& ibi Bal. num. 6.& ſeq. ac alii ſcribentes,in vſi.feud. idemquè Alcia.etiam dicebat in .l. certum eſt,in fi. ff.ſi cer.pet.quòd certum quoquè dicitur id, quod per relationem ad aliud apparet, quod dictum etiam intellexit Iaſ. niſi certitudo pro forma requireretur,cũ notitia ſufficere videatur;vt in hac Bulla,& in hoc concordant,ad alleg.per eum in dicto loco.

5 Mora regulariter non cõmittiſ niſi in interpellato, quod fallit in hac Bulla fauore Fiſci, vbi ſcientia generalis dicitur ſufficere. Exemplum, de ſciente cõiurationem & tractatum, & non reuelante.

Ad quod etiam facit,nàm † licèt mora regulariter non committatur niſi in interpellato, vt per Doct.in d.l.ſi ex legati cauſa, tamẽ quando quis tenetur Fiſco,vt in hoc caſu,vbi vicinus domum retrahere intendens,(ultrà ſuam commoditatem priuatam) tenetur etiam ipſi Fiſco,pro vtilitate, & ornatu publico ad ædificandum, & tunc interpellatio non requiritur,ſed aliàs ipſa notitia,& generalis ſcientia ſufficit,ſecus ſi intimatione opus eſſet, quia plena requireretur,ad.l.cum quidam §. Fiſcus.ff. de vſur.ubi glo. in ver. inferunt,cũ ibi not.& not.ẽt adhoc Roma.in d. l. ſi ex legati cauſa: Sicut dicitur de illo ſciente ſolùm conſpirationem,coniurationem, & tractatum contrà Principem, & Rempub. licèt forsàn in congrua ſimilitudo videatur, qui ſi non reuelat,condemnabitur, ad trad.per Bar.in.l.1 §.occiſorum,cir.ſi.ff.ad Sillan.& in.l. vtrùm, in fi.ff.de parricid.Capic.Decis.130. Primum dubium, & Deciſ.149 nuper,num.2.nec alia ratione,ultrà illam quòd conſentire cenſeatur,id eſſe inuentum dicitur,niſi,quia ipſa ſcientia licèt ſola ſit, præiudicat tamen Principi, Reip. & eius Fiſco, cui præter alios caſus ibi per Bar. deſcriptos, eſt ẽt caſus ſpecialis in hoc, vt ſcientia ſufficiat,ſcilicèt ubi quis Fiſco tenetur,vt dixi, cui dicto Bar. licèt Bal. contrarium conſuluerit, ut dicit Fely.in.c.1.colum.1.de off.deleg. videtur ſtandum, & ità dicit ſeruari in practica, quia multa ob fauorem publicum,& Fiſci permittuntur, quæ aliàs non permitterẽtur,ùt in portante literas,& qualitates tractatus ignorante,ad dicta per Bar.in.l.1.§.incidit.ff.ad Turpil.& ſimilibus priuilegiis, de quibus per Scrib.ſuprà relatos,& per Mart.Lauden.in Tract.de Fiſco, & Franc.Lucan.in altero de Priuile.Fiſci.

Ità in hac Bulla.ſufficiet dicta ſcientia ſimplex,& generalis, quicquid in illo Iure dicat Tiraq.de Retract.Municip.in alleg §.36. in glo.

glo.2.num.30.& per plures nu.ſeq. Afflict.in d.§.vt intrà 30. dies, num.6. & omnes ſcribentes ſuper Conſuet. in Titulis de Retract. cum aliis ;illa potisſima ratione & cauſa, ſcilicet fauore publico, quam modo ſuprà obiter tetigi; Nàm prædicti Doct. loquuntur, & tractant ſuper materia Iuris Congrui ſimpliciter,in qua conſanguineus,ac etiam vicinus ad ſolam ſui commoditatem in emptione præfertur, nec per eos aliquo modo ornamentum publicum conſideratur, ſicut in caſu Bullæ; illudquè Ius congrui non habet locum in Vrbe, niſi in Vim Bullarum, vt dixi ſuprà in Princ. Bullæ,num.4.verùm quia non loquitur hic de ipſo,quin ſecundariò etiam de alio Iure publici decoris intelligatur,vt etiam tetigi in d.princ.in num 9.& in d.9. Et quia interdum,in.1.not.ſub num.3 ideò hic non ſumus in Iure Congrui ſimpliciter, vbi forsàn obiectũ de plena ſcientia procederet; ſed ratione etiam dicti publici decoris dicitur fore caſum diuerſum à caſu Iuris Congrui ſimpliciter, meritò diuerſa etiam ſcientia conſiderari poteſt,ad eadem not.per Roma.in.d.l.ſi ex legati cauſa,& ad d.l.cum quidam.§. Fiſcus, ac ad ſcribentes,de ipſo fauore,in.l.1.ff.ſol.mat.cum ſimil. nè ampliatio domorum, & decor Vrbis retardetur (ſi quodadmodò ad ſui libitum) & poſtea quandocumquè diceret, qualitates & contractus conditiones ignoraui,ſed infrà breue tempus, pro dicto ornamento publico, retrahere conuenit, tempuſquè incipere debet à dicta generali ſcientia venditionis (dummodò venditio verè ſequuta ſit)ideò per Bullam inuitatur alliciturquè vicinus ad ampliandum,vt citius Vrbs decoretur, quia ſi tempus annale in longius,vt deindè ſcientiam plenam haberet,protraheretur, ac requireretur,duo abſurda ſequærentur,vnum,quòd Vrbs citò non decoraretur ab eo;alterum, vt commoditas iam ab ipſo primo extraneo emptore recepta, turbaretur; ponderando, vt dixi, illam dictionem citius,de qua in Bulla Leo.vt dicam infrà in hac eadem Quæſt.ſub num.8.

Quod abſurdum inter alia apparet,vt ſi eſſet minor, ſuccedens poſt emptionem de aliquo loco factam à Patre, vel alius,qui cautelam ipſam vrbanitatemquè intimandi non fecerit (eam fortè ignorando)à qua,cum ſit facti & non iuris,excuſaretur, ad.l.regula.ff.de iur. & fac.ignor. cum aliis; vicinuſquè prædictus tranſactis etiam pluribus annis ignorantiam dictæ emptionis allegaret,dicendo quòd ex quo veram plenamquè omnium qualitatum ſcientiam non habuerit,intendit nunc retrahere,quod tamen eſſet abſurdum,vt dixi, quia remedium habere poteſt ſui Iuris Congrui præfer-

6 Diligentia ſiue Proteſtatio in Monitor. de reſcindendo, nè annus ad retrahendum labatur.

præſeruantium, hac † proteſtatione & diligentia adhibenda, vide licèt, Quòd habita ſcientia notitiaquè generali venditionis factæ, poterit deindè per anni ſpacium omnes qualitates, & conuentiones venditionis factæ inueſtigare, quod, cum de ipſius commodo agatur, ſcire poterit, ſi prius ignorabat; & ſi in hoc negligens eſſet, ſibi eſſet imputandum, ſi non venerit in tempore, ad not. in clem. vni. in fi. cum glo. de conceſſ. præb. c. expoſuit, cir. fi. de dila.

Ex notorio, an inducatur Scientia, quò ad amiſſionē Iurium.

Quod tamen circà ſui Iuris amiſsionem, non procederet ſi ſciētia probaretur ex eo, ſcilicèt, quòd eſſet notum, vt tenuit Rota in Vrbe, coram D. Raynaldo Petrutio, in vna Gerunden. Canonicatus, & præben. Die xvi. Maii 1541. vt teſtatur Iac. Cardinal. Puteus, in ſuis Deciſ. manu ſcriptis, num. mihi. 6. de proba. incip. Fuit dubitatum, per not. per glo. vbi Cardi. in d. Clem. de conceſſ. præben. & ad dic. p Lap. alleg. 78. vacauerat, de iur. patron. nu. 8. uerſ. ad quartam quæſtio. Sed procederet ſi ſcientia aliundè haberetur, vt ſi in genere is, ad quem pertinet, aliquo modo ſciuiſſet, licèt nō ad plenum, nec qualitatum notitiam habuiſſet, ad quas dignoſcēdas & percipiendas, per tempus, induceretur negligentia, ad not. per eundem Cardin. Puteum, in vna Rom. XX. milium ſcutorū, inter D. Epiſcopum Eſinum, & Ducem. N. coram eo, Die. 13. Febr. 1542. vbi Epiſc. ſciuit poſſesſionem Ducis cuiuſdam Montis, licèt ignoraret an aliquos fructus percepiſſet, & dubitabatur an poſſeſſionis ciuilis amisſio induceretur, & fuit reſolutum quòd ſi ex illa ſcientia inducebatur negligentia in Duce, in ea recuperāda, quòd induceretur amiſsio ciuilis, per ea quę dicit Bar. in. l. 1. §. huius autem interdicti, nu. 3. verſic. ſed pone, iuncto verſ. ſeq. ff. uti posſid. & quia fuerat in negligentia; Die 3. Maii eiuſdem anni fuit cauſa iterum propoſita in Sacro Auditorio, & Domini idem tenuerunt, vt in fi. dictæ Deciſ. Putei videre licet.

Et redeundo ad ſupradictam diligentiam, dico quòd antè lapſum ipſius anni, poterit à die primæ ſcientiæ ſiue notitiæ generalis computando, facere Monitorium de reſcindendo venditionem, ad ſui inſtantiam, & ab eodem Magiſtratu obtentum, pręſentari; ac exequi curare, cum proteſtatione incluſa, ſeù in actis, quòd inſtrumentum venditionis factæ ſit verum, & non fictum, cum ſuis qualitatibus, & pactis, quod ſi deindè fictum reperiretur, maximè in ſubſtantia precii, non teneretur emere, niſi pro iuſto, & rationabili æſtimando; de quo dixi ſuprà in §. Et quia interdum, in 4. not. per totū, quod etiam absquè tali proteſtatione procederet, cum ſemper precium debeat eſſe verum, & non fictum, per ſupradicta.

Poterit

Poterit etiã in Monitorio vti alia breuiori via, vt ſi in eodem man detur emptori exhiberi inſtrumẽtum venditionis, ad effectum vt ſe deliberare poſſit an velit vti Iure ſuo, ſibi per Bullas competẽti & conceſſo; & hoc, nè contrà ſe præſcribatur tempus ad retrahẽ dum; exequutoque dicto Monitorio, quia inſtantia apud eoſdem Iudices eſt perpetua, vt dixi ſuprà in Prima Quæſtione, ſaluũ ſemper erit ſibi Ius (& hoc, alibi, ob hanc cauſam fortè non ſeruaretur, niſi ſcientia eſſet plena) ac etiam vbi per Conſtitutionem intimatio requireretur, & poterit deindè per ſpacium temporis certiorari, iuxtà tex. in d. c. expoſuit, de dilatio. cit. ſi. ibi tàm prolixum: Habitaquè deindè plena ſcientia, ſi retrahere noluerit, poterit monitioni renunciare, & cauſam deſerere; cum diſpoſita in d. §. Et quia interdum, ſolùm ſint principaliter in fauorem vicini, cui videtur renunciari poſſe l. ſiquis in conſcribendo C. de pact. l. ſi iudex ff. de minor. vbi ſing. Bal. in vtraquè Lect. & in l. quod fauore, col. 2. C. de legi. & in actis cedere liti, & cauſæ, quia ſumus in genere permiſſorum à lege, vt de iis dicit Signor. de homod. in l. ſi æſtimatis, num. 27. ff. ſol. mat. ſecus in genere prohibitorum, vt ſi lex prohiberet aliquid, quod in fauorem alicuius tendat, & tunc renunciari non poteſt, ratio eſt, quia Lex prohibendo, vt puta Eccleſia, vel alius, nè eius bona alienet, vel quid ſimile in fauorem dicti prohibiti, videtur Facultatem reſtringere, vt ipſe agat quicquid agere poteſt; ipſiquè legi ſuppoſitus dicitur. l. 1. de legi. contrà quam diſponendo, contrà præceptum agere dicetur, & pro infecto habebitur: nec idem erit in caſu permiſſiuo, ſimiliter ad eundem fauorẽ tendente, nàm tunc facultas prohibiti non reſtringitur; ſed eius arbitrio committitur; vt in præſenti Caſu, dùm ſtat in electione vicini ad Retractum venire, vel non; vt in d. §. Et quia interdum, & in variis locis dixi, quia ſi Retractui, Iuriquè ſuo renũciat, non facit contrà præceptum Bullæ, meritò poterit renunciationi locus eſſe; quæ tamen fieri poteſt abſquè illa diſtinctione Signor. vt tenet Zuccard. in l. 1. num. 165. C. de pac. Io. Ant. Rube. in l. ſed & ſiquis §. quæſitum, num. 11. ff. ſiquis cautio. diſtinguẽdo ſolùm, an fauor publicus, vel priuatus conſideretur, ſiue in permiſſiuis, ſiue in prohibitiuis eſſemus, & licèt Retractus in caſu Bullæ fauorẽ publicum concernat, cui renunciari non conuenit, vt per Doct. in alleg. locis, & Fran. Cur. in l. ſi. §. ſed quia veremur, num. 5. C. de iur. iuran. prop. calum. tamen vt idem Cur. in d. §. in num. 1. dicit, quòd licèt iuramento calumniæ, quod fauore publico inuentum dicitur, expreſsè non poſſit remitti, poteſt tamen tacitè à partibus omitti,

Proſequitur ſuper eandẽ diligentiam.

Q. An faciẽs Monitorium poſſit quandocunquè renunciare, & cauſam deſerere.

omitti, ità & in caſu Bullæ, vicinus omittere poterit, & ſic tacitè renunciatio fieri dicetur:

Illud autem quòd diſpoſitioni prohibitiuæ renunciari non poſſit, dicit Ambr. de Opizo. in l. filius famil. §. diui Seuerus. num. 14. ff. de lega. 1. procedere, quandò lex prohibitiua præceptiuè loquitur, & alia etiam de renunciatione, ibi per eum.

Sed ſi reus monitus, vellet tunc vt monitio ſibi facta locum habeat, ac id, quod actor petit omninò concedere, ipſumquè cogere ad emendum; Replicabitur non poſſe, per prędicta; maximè ſi in monitione fuit vſus illa diligentia & proteſtatione, quam ſuprà propoſui, quæ faciet actum conditionalem, vt poſſit ſcilicèt facilius ſe deliberare an velit emere, & reſcindere: ac etiam quia inducta per Bullam in fauorem vicini ædificare velle aſſerentis, non debent poſteà odium operare,

Satis ergò eſt in hoc caſu, quòd liti poterit renunciare, ad Bald. Gozad. Fran. Cur. Signor. & modernio. in l. poſtquàm lite. C. de pac. nec à Republica, fauore publico, vicinus ad proſequẽdam talem litem, grauari ſolet, Solumquè in expenſis condemnabitur, vt dicit Tiraq. de Retrac. Municip. ad fi. tituli, num. 28. in fi. Quinimmò tenet quòd etiam poſt Sententiam poſſit Retractui renunciare, quę videas, in num. 24. vſquè ad 32. vbi de hac materia, varias opi. in aliis caſibus recitat.

Epilogatio Scientiæ.

Quæ omnia (quò ad iſtam ſcientiam) breuiter epilogando, dico, eandem ſcientiam in caſu propoſito dupplicem eſſe; Vna venditionis factæ, altera, qualitatum ipſius, Prima ſufficit ad deliberandum an vicinus Monitorium de reſcindendo facere voluerit, cũ diligentia, proteſtatione, & requiſitione prædictis, Secunda verò ſufficit, ac requiritur, ad deliberandum, àn cum eiſdem qualitatibus retrahere velit.

Subdiſtictio Scientiæ.

Quam Scientiam facti, Subdiſting. Nàm quædam eſt vera, quædam præſumpta; vera, eſt ad cuius cognitionem per medium ſenſus corporei peruenitur, quæ dicitur vera & infallibilis notitia, Bal. in l. ſcire leges. ff. de legi. à quo deſcendit illud, quod ſcire eſt rẽ per cauſam cognoſcere, & faciunt dicta per Bar. in. l. admonendi. colum. 3. per totum. ff. de iur. iuran. cum aliis; Scientia verò præſumpta, ſumitur pluribus modis, ſecundum tamen ſubiectas materias, vt in toto Tit. de præſumptio. Ac inter dicta extrema, ſcilicèt ſcientiam, & ignorantiam, dari medium dicitur; ſicut inter velle, & nolle; iuxtà l. eius eſt nolle. ff. de reg. iur. cum ibi not. pro vt etiã inter bonum, & malum. l. 3. §. genera, in fi. cum glo. ff. de acquir. poſſ.

poſſ.ſicut inter contractum eſſe nullũ, & ipſum valere, vt dixi ſupra, in §.7.in.1.not.ſub.nu.1.& in 6.not. ſub nu.13.cum ſimilib.caſibus, Quod medium, in hoc caſu triplex erit, primũ eſt dubietas, per quã ad inueſtigationẽ,& certificationẽ deuenitur,glo.Rub.de iur.& fac.ignor.glo.1.in fi.in.l.1.C.de procura. Secundum mediũ, eſt ſuſpitio, vbi animus per ipſam ſuſpitionem adhærere incipit, tex.in.l.abſentem,cir.princ.ff.de pœn.iuncta.l. in lege aquilia .ff. ad l.aquil.cum ſimil. Tertium verò,dicitur opinio,per quam animus iam adhęret,vt nihil ferè deſit,niſi partis confeſsio, & hæc, dicitur vehemens.l.1.cir.princ.ff.de quæſtio.& Bar.in.d.l.admonẽdi,quæ idem quod certitudo videtur operari, Fran. Cur. in ſuo Tract. de iur.iuran.prop.calu.in auctẽ.in iſto,in § quod obſeruari,num.5. & ſeq.Coraſ.in.d.l.admonendi,num.105.vſquè ad fi.legis.

Vndè dico, quia reg. eſt quod ignorantia præſumitur in facto alieno, ſecus in ſuo,iuxtà not.in.l.fi.ff.pro ſuo,in.l.quamquàm, & ibi glo.ff.ad velle,& in.l.3.ff.de iur.& fac.ignor. quę ignorantia facti alieni antè ipſam ſcientiam generalem verificabitur, ſed poſtquàm vicinus ſic generaliter vẽditionem reſciuerit,& ei,ac Retractui animus adhærere incipiat, ſciens Bullam in ſui ac pub. fauorẽ editam eſſe,& tunc ceſſat eſſe factum alienum,& incipit eſſe factũ ſuum,attento eius intereſſe,& animo; adeò, quòd de hoc ſic ſuo facto amplius ignorantia non præſumitur, quia ſtante hac Bulla, & dicto animo, debuit inueſtigare, & certificari potuit, ad trad. in ſimil. per glo.in ver.ignorantiam, & ibi ſcrib.in.c.innotuit, de electio.cum concordan.maximè hanc rationem cõſiderando, iuncta cum altera ratione publici decoris, ad differentiam ſcientię in Retrac. conſanguineorum, ac etiam quia in ipſo Iure, intimatio vt dixi requiritur pro forma,ideò Tiraq.de Retrac.Municip.ad fi.tit. nu. 89. ad differentiam eorum quæ dixit in iam allegato §.36. in glo.2.nu.30.dixit quòd ſi principaliter quęritur de venditione an ea facta fuerit, ſtandum erit teſtibus ſimpliciter atteſtantibus eam fuiſſe factam, non autem ſi de precio quęſtio ſit, ut hìc in caſu propoſito,quia vicinus poterit deindè qualitates inueſtigare,cum venditio verificetur etiam ſub quocunquè precio fiat, idemquè Tiraq.in d.nu.89.alleg. Bald.in l.1.C. de reb. ali.nõ alien. Rom.in Conſ.91.viſis,nu.7. Soz.conſ.171. Diu,verſ.confirmo hoc,uol.2. Fely.in.c. ſicut, cir. fi. de re iud.cum alijs per eum congeſtis, & de caſibus ſimilibus huic caſui per Doct. relatos,in dictis locis.

Ignorãtia facti ſui,& alieni,

Qua de re credo dixiſſe Chaſſen.in cõſue.Burgun. in Rub.x.de Retractz §.1.in ver.lepris,nu.7. quòd ſi verum precium ignore-

Ignoranti verum preciũ

ſufficit offerre certi quantitatem, ac offerre perficere, ſi maiori, opus ſit.

tur, ſufficit offerre certas pecunias, ac offerre inſimul perficere, ſi maiori precio res empta reperiatur, per tex.in.l.ſtatu liber ratione ff.de ſta.lib.quaſi velit, quòd non requiratur qualitatum notitia, ſed quòd infrà tempus fiat monitorium, & depoſitum; cum dicta oblatione maioris precij, ſi opus erit;

Suadetur quoquè in caſu Bullæ, vt eadem ſcientia generalis ſufficiat; ad differentiam illius anni in caſu proprio Iuris Protomiſeos, in Retractu videlicèt Conſanguineorum, vndè quia forsàn conſanguineus longè diſtet in habitatione à domo ipſa vendita, nequè ei ſit contiguus, ideò ibi ſcientia exacta alienationis requiritur; In caſu verò vicinorum, qui quodammodò facta vicini ſcire p̄ſumuntur ad trad.per ſcrib.in.l.1.ff.ſi cer. pet.nō quòd talis ſcientia præſumpta ſufficiat, ſed vt diuerſificetur caſus à conſanguineo, in hac Bulla, ex rationibus tàm publici ornamenti, quàm aliorum, dicitur ſcientia vera venditionis factæ ſufficere poſſe, concurrentibus maximè præſumptionibus, iàm ſuperius adductis, Cogita.

Hæc tamen omnia ſic perſpecta, & media ſuprà narrata, ad hoc vt dignoſcatur quę qualitas ſcientię fuerit, & an rigoroſa, vel ęqua ſcientia prædicta indiſtinctè ſufficiat, recto ac ſano iudicio, & conſiderationi DD.Iudicum, vt aliàs dixi, repoſita eſſe videntur.

Quādo verò annus incipiat ſi ſub conditione facta fuerit venditio, an à die contractus, cuius loco hodie ſuccedit dies ſcientiæ, vel debeat expectari euentus conditionis, Pet.de bellapert. in .l. ei qui, num.7.& ſeq.C. quòd cum eo, dicit diem conditionis expectandam non eſſe, & Tiraq. de Retract. Municip.§.1.in glo.X. num.42.

7 Proſequitur aliam partē in princ. huius Quæſtionis propoſitam.ſ.Quanto tempore Ius per Bullā præſcribatur

Quò verò ad aliam partem † ſcilicèt quanto tempore Ius per hanc Bullam pręſcribatur; Diſting. Aut lege & Conſtitutione cauetur, quo tempore præſcribatur, & tunc ſecundum legem ipſam iudicabitur.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.& ibi ſcriben.cum concordan. Aut non cauetur, prout in præſenti Bulla, & tunc dicitur quòd ſpacio vnius anni, à die ſcientiæ ſupradictæ præſcribitur; licèt aliqui, vt refert Tiraq.de Retract.Municip.§.1.in glo.X.num.16. tenuerint Retractum contrà cōſanguineos pręſcribi ſpacio decem annorum, ſub illa ratione, quòd actiones reales dicto tempore tollantur, vt C.de lon.temp.præſcrip.per totum, ex conſuetudine multorum locorum Galliæ, vt refert Igne. in.l.1.§.ſi cū omnes, num.12.ff.ad Sillan. Alij verò, triginta annorum ſpacio, vt refert Tiraq.in d.Tract § 36.in glo.2.num.36.cum multis num.ſeq.quia tali tempore omnis actio ſublata dicatur.l.ſi.C.de præſcrip.30.an. l.2.C.

Opinio in Annum.
In X.annos.
In 30.annos.

l.1.C.de conſti.pecu.cum aliis ſequacibus,vt ibi per eum, vbi etiã multos caſus congerit,vſquè ad num.42.

In Vrbe verò apud eoſdem DD.Iudices, prima opi. de conſuetudine ſeruatur, quia per Bullam præfinitum tempus non habemus,vt hoc idem dixit Afflict.in.d. Tract.in §.ſcriptum,in.4. Not. Et in eadem materia Retractus vicinorũ,hoc idem ſequitur Alex. in addi.ad Bar.in.l.ſicut,de præſcrip.30.ann.loquens de hac annali præſcriptione,à die ſcientię.

Et hanc opi.tenentes,de quibus per Tiraq.de Retrac.Municip. §.1.in glo.X.num.3. Igne. & relati per eum,in.l.dudùm, nu.13. C.de contra.empt. † allegant tex.in §. Titius, in tit. ſi de feu. fue. contro.in vſi.feu.& ibi Bald.in nu.2.Aluar.& alii. Roma.in conſ. 22.Pro propoſitæ,num.5.& conſ.70.viſis Thematæ,num.3.Bald. in tit.de ſucceſſ.feu §.hoc quoquè,num.17.in fi.Fely.in c. quæ in Eccleſiarum,num.55.colum.penul.de conſtitu. cum aliis, de quibus per Tiraq.in d.num.3.vſquè ad.7. & hæc opi. deindè in num. 8.& ſeq. ab eodem tenetur,& comprobatur. 8 Proſequitur Opi. vnius anni.

Suadeturquè hæc opi.cum Sixtus IIII. Leo. X. & cęteri Roma. Pontifices dicto Magiſtratui Facultatem concedentes, reſpectum habuerunt ad Vrbis ornamentũ, vt citius quàm fieri poſſet, decoretur,maximè Leo in illa facultа.teſtan. &c. in §.13. ibi, vt quàtò citiùs Vrbs ipſa,ac prædia,noſtris præſertim temporibus &c. ponderando illud,quantò citius, licèt mendoſè aliquæ impreſsiones habeant,quàm totius Vrbis &c.quarè de breuiori tempore erit intelligendum, & ſic de annali,licèt etiam dictio citò, intrà viginti dies quandoquè accipi ſoleat,Auten.de manda. princ.§. ſed & ſuſcipientes,ſeù 30.vt per Alber.de Perga.in Tract. de Propoſitionibus,num.43.Vndè vicino imputabitur,ſi ob ſuam taciturnitatẽ ſibi intulit præiudicium,cum poterat in tempore contradicere,nec fuit proteſtatus,quòd per lapſum vnius anni videtur inducta tacita ſui iuris repudiatio; Pontifices ergò vt citò Vrbs ornatior reſtituatur,eiſdem DD.Magiſtris auctoritatem tribuerunt, eoſquè in dies,ac ſæpè ad id ſuadent, & alliciunt, ità vt non ſolùm legibus, Conſtitutionibusquè ſcriptis muniantur, ſed continua oretenus etiam voluntate Pontificis freti,iſtud obſeruent, & exequantur; iuxtà not.per tex.cum glo.& ibi Doct.in.l.1. C. de legi. ac in dubiis ità iudicare ſoleant,vt omnia ferè tendant ad dictum decorem, & ornamentum,cum ſemper hæc fiant in Vrbe,ſciente,vidente, permictente,ac iubente Pontifice, ideò dixit Paulus Papa III. in ſuo Motu proprio,ſuper confirmatione Iuriſdictionis eiuſdem Magi- Facultates Curatorum

Viarum Vrbis, lata potiꝰ quàm ſtricta interpretatiõe recipi.

ſtratus, in §.1.vt omnibus obſtaculis atquè impedimentis remotis, Iuriſdictiones, Facultates, & priuilegia eidem Officio per prædeceſſores conceſſa, obſeruentur; ac lata potius quàm ſtricta interpretatione ab omnibus recipiantur.

Solet quoquè idem Magiſtratus vt citius Vrbs decoretur, mandatum de in poſſeſſionem rei petitę per vicinum mittendo, in Sẽtentia decernere, & relaxare, attento Iure ſummario; nè in euentum non petiti recurſus, reus debeat citari ad videndum mandatum decerni, & relaxari, ex quibus tempus ad ædificandum & ornandum conteratur; inualuitquè iſte ſtilus, propter illa verba Bullæ Six.in §.7.circà fi.ibi, debeant Camerarius & Magiſtri prę fati, ementem à poſſeſsione abſque vlla tela iudicii amouere &c.

Quod comprobatum fuit prius per Motum proprium Leo. Papę X.infrà conſcriptum in Facultatibus Magiſtratus, ſub Rubr. Quòd à Sententiis latis ſuper ędificiis, apellari non poſſit, ſed quòd ad Cameram Apoſtol.recurratur; vbi in §.2.diſponitur quòd cauſa infrà 15.dies terminetur, licèt talis terminus ſeruari non ſoleat, ſufficit tamen ad oſtendendum animum Summorum Pont.vt publicus ornatus nõ retardetur, vt in d.Motu proprio, & aliis Literis Apoſtol.ac etiam ex illa antiqua conſtitutione græca Zeno.de nouis operibus Adamantio directa, de qua in l.fi.in prin.C. de ædif. priua.mentio fit; & de qua ex eius interpretatione per Franc. Hotoman.& Henric. Agylæum, videre licet; vbi ædificatores fauebãtur vt citò ædificarent, nè litem contrà ipſos texentes procraſtinandæ ædificationis neceſsitatem inferrent, ac vt in prouocatione, nulla intermiſſa dilatione, Sententia conſideranda detur.

Lex Zeno.de no.operibus.

Si verò decem vel Triginta anni ad retrahendũ concederẽtur, non auderent emptores forsàn domos animosè ornare, & decorare, ac pro commoditate omnia diſponere, & incorporare; ſi deindè eorum commoditate, poſt tantum temporis priuarentur, & Vrbs Sacratiſsima propter hoc dubium non redderetur ornatior, Pontificesquè eorum voluntate, & intentione defraudarentur; Verificari tamen poterit opinio de triginta annis, in quibus omnis actio tollitur, ad alleg.l.fi.C.de præſcrip.30.an.l.2. C. de conſtit. pecu. cum ſimil. & locum habere dicetur in eo caſu, vbi tempus pręſtitutum per legem non fuerit, vt iam dixi, ac inſimul iuncto, vbi infrà annũ à die ſcientiæ lis cõteſtata ſit, quia tũc ob non proſequutionem cauſæ, inſtantia non periret, ut dixi in dicta Quæſt. Prima. Si verò lis conteſtata non fuerit, vicinusquè venditionem reſciuerit, Ius Protomis.& congrui à dictæ ſcientiæ tempore, uſquè

ad

ad annum ad faciendum monitorium, præſcribetur; per ſupradicta.

Et quia apud eundem Tribunal, Scientia, Intimatio, & tempus Retractus, quotidiè verſantur, magnæquè importantiæ ſunt, ideò in eis, licèt vnica Quæſtione ſimul collectis, magis quàm in cæteris, me extendi, & forſàn vltrà id, quod ad ſcientiam de qua quæritur, pertineat; ſuper qua tamen, cogita.

QVAESTIO SEPTIMA.

AN SCIENTIA TVTORIS, ET CVRATORIS DE qua in præcedēti Quæſtione, noceat pupillo, ità, vt ad Retractum venire non poſſit? præſumaturquè notitiam habuiſſe vt Tutor, & Curator.

QVO ad primam partem, dicas, ſcientiam ipſam nocere pupillo, vt indè ad Retractum venire nō poſſit, tranſacto tempore, per tex. in ſimili, in .l. non ſolùm, cir. fi. ff. de lib. cau. Poſſet tamen pupillus fortè contrà tutorem agere, ſi rem non vtilem fecerit, vt in Tit. ff. & C. de admin. tut. quod, cum ſit extrà materiā, omitto. Quò verò ad notitiā, Dicas, ſiue vt Tutor ſiue vt ipſe ꝓprius, vtroquè modo notitiā habuiſſe, cū ille actus nō diuidatur, quia non poteſt ſcire vt talis, quin etiam ſciat vt Tutor, & vnus ab altero procedat, factumquè ſit quid indiuiduum dictæ ſuæ ſcientię, animi, & voluntatis, ſicut in ſimili, Crimen adulterii & lenocinii dicuntur cōnexa, Bar. in .l. 2. §. ſi publico. ff. de adul. adeò vt ſeparari minimè poſſint, prout in hoc caſu, & licèt hoc ſimile rē, & non perſonas concernat; aliud ſimile in perſonis erit, vt in voluntate duorum dominorum miſcentium inter ſe materias, per ſpecificationem, quæ vnica & connexa dicitur, vt diuidi non poſſit, ad tex. in .l. labeo. §. voluntas. ff. de acquir. re. dom. tantò ergò magis erit hìc dicendum, quantò vnica tantùm perſona conſideratur, in qua volūtas minus diuidi poteſt quàm in duabus perſonis, ſicut corpus quod vnico ſpiritu continetur, eſt indiuiſibile, ad not. per glo. & Docto. in .l. 3. ff. de condi. ob tur. cau. [vbi ineſt ēt voluntas, nec dicere poſſet, ſciui vt ego & talis, non autem vt Tutor, nec vna eademquè ſcientia debet diuerſo iure cenſeri, ad not. in .c. cū in tua, de deci. & ibi glo. & Rom. in conſ. 372. Non video, in fi.

Sciētia, quid indiuiduum eſt, in caſu Bullæ.

Corp' quod vnico ſpiritu continetur, indiuiſibile eſt.

Nec obſtat, ſi dicatur quòd Iudex habens ſcientiam alicuius rei,

vt

vt homo, & aliter habeat vt Iudex ex proceſſu, & quòd tunc ex hoc dicatur alia perſona, ex quo vt Iudex iudicare debet. l. vni. C, vt quę deſunt aduoc. Nec ſimiliter obſtant alii caſus conſcripti per Afflict. in alleg §. vt intrà, num. 21. & ſeq. & Tiraq. de Retract. Municip. in. d §. 36. in glo. 2. ferè per totum, qui ad hunc propoſitum etiam adduci poſſent, Quia in illis, ſcientia, de forma & ſubſtantia requiritur, vt in Iudice, in quo ſcientia totius cauſæ, & negocii conuenit habere, per denunciationē, ſcientiā, & notitiā illius rei in actis factam, vt per Doct. in d. l. 1. vt quę deſ. aduoc. Sed in caſu Bullæ, vbi neceſſariam eſſe non video, non eſt idem caſus: quia hìc de effectu indicandi notitiam quæritur, quę ità vrget in iis quæ aliquis fecit tamquàm alius, vt tamquàm tutor, quàm in iis quæ fecit tamquàm ipſe, ad not. in c. ſicut 46. Diſtin. & ibi glo. Si verò talis notitia penès pupillum peruenit, non autem penès Tutorem, Quæro An ipſi pupillo noceat? Reſpon. quod non, quia ætas eius quicquid videt & audit, ignorat; vt tradit Spec. in tit. de Actore.

QVAESTIO OCTAVA.

AN PRIMVS EMPTOR QVI INFRA ANNVM alteri vendiderit, debeat integrum annum ad finiendam præſcriptionem expectare, ità, ut vicinus contiguus amplius poſt habitam ſcientiam non audiatur? Ac de aliquibus breuibus Quæſtionibus.

AD. Primum Reſpon. quod non, ſed ſufficere vicinum habuiſſe ſcientiam, tempore primæ venditionis; quæ deindè continuatur per annum, licèt infrà ipſum res alteri fuerit vendita, & ſi voluerit, poterit infrà tempus prædictum retrahere, quia quodlibet tempus primi & ſecundi emptoris, licèt id de per ſe diſtinctum, dicatur imperfectum, nihilominus cum ſit eiuſdem ſpeciei, coniungitur; ſecus ſi diuerſæ, Hier. Buticel. in. l. 1. nu. 93. ff. de ver. ob. et ſic tempus ac eadem ſpecies ipſius primi emptoris cum ſecundo computabitur, cum emptor vtatur acceſſione venditoris, ad perficiendam præſcriptionem. l. dolia. §. 1. ff. de contr. emp. l. 2. §. emptori. ff. de vſucap. pro empt. & Tiraq. de Retrac. municip. §. 1. in glo. 10. nu. 18. ſicut tempora in aliis præſcriptionibus coniungi

Tempus primi & ſecundi emptoris coniungitur, ad complendā anni præſcriptionem, cum ſit eiuſdem ſpeciei, ſecus ſi diuerſæ, & idem ſi per mille manus res tranſi

ſolent,

ſolent, Paris. in Conſ. 104. in præſenti cauſa, nu. 91. vol. 1. M. Ant. Nat. in cons. 70. vidi, nu. 4. vol. 1. ac etiam ad ipſam præſcriptioné complédam, idem Paris. in cons. 107 laborioſa, nu. 11. vol. 1. Soz. iun. in conſ. 47. viſo prædicto, nu. 1. cum duob. ſeq. vol. 2. quia hoc ius cohæret in locis, ad inſtar ſeruitutis realis, quæ ſi penès quemcunquè vadat & transferatur locus ille, ſemper cum ſua ſeruitute cadit, toto tit. ff. & C. de ſeruit. cum ſeruitus ipſa habeat ſe ad corpus ac ad indiuiduum, ſicut qualitas in ſua ſubſtantia, & ſignum in ferro ſignatum, vt per Bar. in l. ſeruitutes, la grande. ff. de ſeruitu. vinc. Maxil. in conſuet. Baren. in tit. de iur. protomis. in § ius protomiſeos, nu. 48.

ret, quia cum ſua cauſa trāſit, ſicut ſeruitus.

Amplia, etiam ſi per mille manus res ipſa transiret, vt de conſanguineis, tenuit Bologni. in cons. 25. viſo, nu. 7. Boer. in conſuet. Bituricen. tit. de conſue. retrac. § 1. in glo. 2. & Chaſſen. in conſue. Burgun. in alleg. rub. 10. de retraictz § 1. in ver. acien, quia alienatio fit cum ſua cauſa. l. alienatio. ff. de contr. emp. Intelligas tamen, vt dicit. Chaſſen. in d. loco § 11. ver. Our detenteur, nu. 1. quod recuperabitur ab vltimo emptore, pro eodem precio quo primus emptor emit, facit tex. in. l. poſtliminiū § ſi is qui emerat. ff. de capt. & poſtli. reuer. cum talis actio huius naturæ ſit, vt participet de vtraquē, ſcilicèt perſonali, vt contrà poſsidentem agatur, & reali, quia petitur res, & inſtrumentum reſcindi; & dicitur in rem ſcripta, Buticel. in Rub. ff. ſi cer. pet. nu. 9. ſed vndè ortū habuit hæc actio in rem ſcripta, & an contrà ipſum ad quem res peruenit, quis poſſit eam cōſequi, actione quod met. cauſa, idem Buticel. in eo. loco nu. 10. et an, ex quo dixi quod res tranſit cum ſua cauſa, ſi quis mihi promiſſat facere domum in fundo, vel in domo aliquid fabricare, quem locum deindè vendidero, an ipſe architector, & alius artifex teneatur fidem ſeruare, Iac. de Nigris in. l. ſi inſulam, nu. 76. & ſeq. ff. de ver. ob. dicit architectum liberatum, pro quo videas etiam eundē, in nu. 78. cum duobus ſeq. vbi de purgatione moræ ipſius Architecti loquitur.

Promittens fabricare domum, quæ poſtea fuit vēdita, an teneatur fabricare, remiſſiuè.

Et an ſi imponatur Gabella ſuper quolibet contractu, intelligatur impoſita ſuper primo cum extraneo facto, vel ſuper illo deindè ab ipſo vicino retrahente celebrato, ſeu ab alio qui in medio temporis emiſset, vel coniunctim? Reſpon. quòd venditor primus ſoluet partem & ratam ſuam, alteram verò vicinus retrahēs, & ſiquid primus emptor, vel cęteri uſquè ad vltimum, in medio temporis ad retractum deſtinati, ſoluerint; eis cum integro precio reſtituetur; quia tunc emiſse videtur cum pacto, ut transferat rem

Gabella ſup contractibus impoſita, an à primo, vel ab alio emptore, ſeu à retrahēte, vel coniunctim ſoluatur, Et

emptam

emptam in vicinum contiguum, ſi ſoluerit, adeò ut contractus conditionalis dicatur; & ſicut quis ſic ſoluit ut citò precium repetat, non dicitur ſoluiſſe, l. qui ſic.ff.de ſolutio.ità qui emit, vt citò alteri remictat,nō dicitur abſolutè emiſſe,vt in Retractu proximo rum retulit Aymo Public. in conſue. Aruern, tit. 23. de Retraict. Artic. 20. nu.6. vbi in aliis caſibus extrà caſum Retractus atteſtari videtur,ſcilicèt vt in talibus inſtrumentis Gabella ſoluatur,propter præiudicium quod fieret Fiſco, cui prius erat Ius quęſitum, ſuper eadem Gabella,ad dicta per Ang.et Imol.nu.5.in.l.acta.ff.de re iudi.niſi in primo inſtrumento eſset appoſitum pactum de retro uēdendo, & quòd ſi infrà tempus obtulerit precium,res ſit inempta; quia tunc dicit quòd non eſt ſoluenda Gabella, niſi ſemel, iuxtà diſtinctio.Bar.& aliorum;in.l.ab emptione.ff.de pac.

QVAESTIO NONA.

CONCVRRENTE VICINO CONtiguo, & Inquilino domus in Retractu, quis eorum ſit præferendus?

VICINVM Arbitror præferendum eſſe, duabus rationibus: Prima, quia vicinus dicitur ad Retractum venire in vim præſentis Bullæ de anno 1480. editæ, Inquilinus verò in vim Decreti Cameræ Apoſtolicæ, confirmati tempore Iulii Papæ II. anno 1510. nec per illud Decretum legi præcedenti præiudicare dicitur,in corpore Iuris, & Statutorum clauſæ, etiam ſi Decretum clauſulas prægnantisſimas, ac derogatorias haberet,niſi expreſſe dicatur,glo.& Bat.in Auctẽ.qua in Prouincia C.vbi de crim.agi.opor.Bal.& Pau.in.l.2.§. omnes, in fi.ff. de iudi.Fely.in c.1.colu.9.in ver. ſecunda diſpoſitio & c. non nulli num.87.concluſ.12.de reſcrip.pro vt in alio caſu fuit in Vrbe aliàs per Rot.deciſum,in vna Pampilonen.Prioratus Sanctisſimi Crucifixi,corám R.P.D.Io.Mohed.vt refert Marcell.Cardin.Creſcen.in ſuis Deciſ.manu ſcriptis, num.mihi 224.dum eſſet dictæ Rot. Auditor,Incip.Pauper.

Decretū per clauſulas pgnātisſimas, & derogatorias non tollit legem, & conſtitutionem præcedentem.

Secunda,hæc Bulla in §. Et quia interdùm, eiuſquè diſpoſitio per Leo.relata in altera ſua,ſuperius alleg.in § 9.incip. Et quia interdum, & confirmata in .§.12.incip. Nos igitur,continet quòd venditio aliis quàm vicinis facta, ſit nulla, & in fauorem vicinorum

rum facta intelligatur, eo inſtante; ſub qua dictione, aliis, neceſſario venit inquilinus, cum omnes præter vicinos excludat, ad not. in glo. 1. in l. à procuratore C. manda. l. 2. C. de hæred. inſti. cum concordan.

Quarum deindè, duarum rationum, fundamentalis ratio eſt, quia vicinus innititur fauore publico, vt ex variis locis Bullæ colligitur, id eſt vt Ciuitas ob ipſum ædificium, incorporationem, & ampliationem reddatur ornatior, & latè dixi ſuprà in d. §. Et quia interdum, in. 1. Not. num. 4. Inquilinus verò vtilitate, & commoditate priuata, licèt in conſequentiam vtilitas etiam publica conſiderari poſſit. Sed dato concurſu publici fauoris, & vtilitatis cum ipſa priuata, præfertur publica, Aucten. res quæ C. comun. de leg. l. vni §. fi. de cadu. tollen. Pet. Duen. in Tract. Regul. vtrius. iur. in reg. 32. incip. Aedificare, in 3. limit. vbi quis ad libitum ędificare poteſt, niſi materiam ſcandali, & ſeditionis præberet, & ſic vtilitatem pub. priuatæ præferri ait, allegando. l. Lucius. ff. de euic. & . l. item ſi verberatum. ff. de rei vendi. prout hoc idē dixit Sixtus in hac Bulla, in §. 2. & ibi etiam dixi, quæ pub. vtilitas, & ornatus, magis conſideratur ex duabus domibus in vnicam, & eam ornatam, redactis (ſi vicinus domum contiguam conſequatur) quàm ſi Inquilinus eam ſolam acquireret, & ornaret.

Vicinus publico fauore, Inquilinus priuato nititur.

Comprobatur in eadem Bulla, in §. 4. in verſ. & ſimiliter, vbi vicinus poteſt cogere dominum domus ad vendendum domum ſibi contiguam, locari ſolitam, accipiendo illud ſolitum, (vt dixi in §. 3. in 4. Not. num. 4. Sed ſi domus ipſa locatur, præſupponitur neceſſariò vt per inquilinum habitetur, qui nihilominus à vicino excluditur, meritò vicinus præfertur, cum vbi locum habet præſuppoſitum, ibi & diſpoſitio locum habere dicatur, glo. in. l. mancipia, ibi aduocandum. C. de ſer. fugi. vbi Pau. de Caſt. & alii ſcriben.

QVAESTIO DECIMA.

AN BVLLA SIXTI IIII. IN §. ET quia interdum, locum habeat in venditione annui cenſus, redditus, ſeù reſponſionis perpetuæ?

BREVITER dicendum videtur quòd non, vnica ratione, ex proprio textu ſumpta, dum loquitur de venditione domus, ſediminis, plateolæ, & alterius loci, ſub qua loci denominatione tales reſponſiones non veniunt, cum non ſint loca, nec circumſcribuntur loco, ſed appellentur Iura, vt de Iuribus cumulauit Tiraq. de Retract. Munic. §. 1. in glo. 5. per totum, & glo. 6. num. 3. licet ſi vno ex iis modis denominari deberet, potius inter immobilia computari deberent, ad dicta per Afflict. in princ. ſuæ conſtit. num. 9. & ſeq. Tiraq. vbi ſuprà, & in .d. glo. 6. num. 4. cum multis ſeq. & in §. 32. in glo. vni. num. 83. & ſeq. Bal. in. l. iubemus nulli, num. 1. per illum tex. C. de ſacr. ſan. eccleſ. & Alex. in conſ. 15. Attentis, num. 2. Volum. 7. adeò quòd immobiles non ſunt, ſed pro immobilibus reputantur, vt in alio caſu dixi ſuprà in §. 11. incip. Volumus autem, in 2. Not. ſub. num. 2. & hoc forſan locum habebit in Iure Protom. per ipſos ſcribentes relato, in hac uerò Bulla minimè locum habet, ubi non Iura ſed loca denominat, in quibus ædificari debeat ad vrbis ornamentum; Crederem tamen quòd ſi cum fraude ageretur ut tales reſponſiones perpetuæ venderentur, fortè ad excludendum vicinum, ſub velamine poſtmodum vt quia Bulla in eis locum non habet, & fictè ſimulatèque inter eos agatur, ut emptor earundem reſponſionũ deindè procederet ad dictorum locorum deuolutionem, ſuper quibus, reſponſiones fuerant impoſitæ, & vbi ſtudioſè cenſus ſolutus non fuit, quòd ſibi non ſuffragaretur; cũ fraus in qualibet conceſsione ſemper dicatur excepta, vt dixi in. d. §. et quia interdum, in. 5. Not. ſub nũ. 11. cogita.

QVAESTIO VNDECIMA.

IN CONCVRSV DVORVM, VEL PLVRIVM VICINOrum, in hac materia, quis in vim Bullarum ſit præferendus etiam ſi in omnibus fuerint æquales?

VIDETVR præferendus qui alium in adiacentia, & indigẽtia ſuperat, & de quo maior vrbis ornatus ſperari poſſit, de quibus dixi ſuprà in §. 3. incip. & ſi forſan contingeret, in 2. & 3. Not. & in §. 5. incip. & inter duos, in. 1. Not. vbi de partibus dixi, & in § 8. incip. & ſi forſan, in. 1. & 2. Not.

Sed quid ſi vnus ex eis, vnam, vel duas qualitates, alter verò cæteras qualitates habeat? Dicas, vt ibidem dixi, quæ omnia arbitrio & recto Iudicio Magiſtratus conſideranda relinquuntur. Si verò qualitates fuerint æquales, ſi eſſemus in Retractu conſanguineorum quilibet diceret illum eſſe præferendum, qui litem conteſtando præoccupauit, Alex. conſ. 27. viſo themate, in. 3. dubio, nu. 6. vol. 6. Pau. de caſ. in conſ. 221. in hoc paſſu, quia tale Ius redimendi licèt videatur indiuiduum, ad not. per Bar. in l. qui vſusfructus. ff. de vſufr. legā. adeò ut potius uni inſolidū acquiri dicatur, ad not. in. l. 2. §. 1. & 2. ff. de ver. ob. & quòd ideò Leo Papa. X. in altera Bulla, facul. teſtan. in §. 16. incip. Et ſi inter duos, loquēdo de pluribus habentibus cenſum, vel emphiteoſim ſuper re Eccleſiaſtica, dicebat quòd volentes ædificare poſſunt compellere Dominos directos ad vendendum, liberandum, & affrancandum, cum augumento Decimæ partis, quaſi illud Ius per Pont. indiuiſibile conſideretur, & ideò ſubiungendo dixit, ipſam rem uni concedi debere, ſcilicèt ei qui præuenit, iuxtà. l. ſi pluribus. ff. de leg. 1. l. ex duobus, la. 2. cum glo. de duo. reis, & ſequitur Chaſſen. in Conſue. Burgun. in Rub. x. de Retraictz. in §. 1. in ver. Le plus prochain, nu. 4. et ſeq. verùm quia tres ſunt ſpecies præuentionis, ſiue prioritatis, vt per Aymo. Public. in Conſue. Atuer. in tit. 22. de Retraict. Artic. 18. nu. 1. de quibus ibi per eum, & prima ipſarum huic Bullæ conuenit, & quæ per dictam anticipationē actus habetur, in quo duo, ſeù plures dicuntur par Ius habere, ut per tex. cum glo. in. c. qui prior, de reg. iur. in. 6. circà quam præuentionem ſola hora videtur eſſe in conſideratione, ad dicta per Bal. et alios in. l. de rebus. C. de dona. an. nup.

Ius redimendi licèt indiuiduum videatur, in caſu Bullæ diuidi poteſt, Iudicio Magiſtratus.

Plures ſpecies præuentionis.

Nihilominus quia poterat dubitari quid eſſet dicendum in caſu Bullę, concurrentibus dictis uicinis paribus, & æqualibus, ideò Pontifex uult locum petitum diuidi, ac pars uni, pars verò alteri aſſignari debere, ſi commodè diuidi & fieri poteſt, arbitrio Magiſtratus, vt in. d. §. 3. 5. &. 8. conſideratis circumſtantiis vniuerſis, de quibus in eodem. §. 8. in. d. 1. & 2. Not. vbi de ipſa præuentione, per Leo. notata, in d. §. 16. ex quibus dicitur diuiſio laudanda (non ſolùm in iis caſibus, quia pro quiete paſſionum animi vicinorum ſatis iuuat, cum inter eos quandoquè ferocitate, & armorum cōcuſſione maximè innituntur) ſed in finium regun. iudicio, & iis ſimil. vt per Hier. de Mon. in Tract. de fini. regen. cap. 101. incip. Sequitur uidere, vbi per plures nu. dicit ità olim fuiſſe iudicatum per Fab. Cardin. Mignanellum, inter Gualden. in Prouincia Vmbrię, &

Diuiſio laudanda inter cohærentes loco, etiam in finibus.

Fabrianenſes, in Prouincia Marchiæ; in cauſa confinium, qui per annos 150. litigauerant, vbi rixæ, hominumquè mortes in dies ſequutæ fuere, vt etiam de iis, ſatis ego informatus ſum, cum de anno 1549. & 1550. vterquè locus prædictus ſub meo Gubernio, extiterit.

QVAESTIO DVODECIMA.

In qua aliæ Quæſtio. etiam continentur.

AN, ET QVANDO RETRACTVS IN VIM BVLLArum, locum habeat in locationibus, ſicut in venditionibus, & quid in venditionibus cum pacto de retrouendendo, in permutatione, ſolutum datione, in dote, in venditione ſub haſta, & iis ſimil. inſtrumentis?

QVO' ad locationes, Reſpon. Licèt verbum emere, & vendere, pro locare, & conducere aliquando accipiatur, ad Fab. de Mon. in Tract. de empt. & vendi. in 2. quæſt. princ. num. 30. nihilominus quia Bulla variis in locis non ſolùm per verbum vendere, loquitur, ſed etiam ibi apponit & adiungit precium, dictæ venditioni condignum; quo caſu, de locatione non intelligitur, ſed de venditione, cum eius precio: vt dicam in fine præſentis Quæſtionis principalis, adeò vt cum non conueniãt verba, nec mens conuenire dicitur, ad. l. non aliter. ff. de leg. 3. Vndè in caſu propoſito Diſtinguas, Aut de locatione ad modicum tempus quçritur, aut ad longum, vt emphiteoſim perpetuam, vel ad generationem? Primo caſu, indifferenter non habet locum, cum nec verè nec præſumptiuè dicatur alienatio, ad not. per ſcriben. in Tit. locati; Secundo caſu, locum habet, cum naturam venditionis & alienationis ſapiat, ſub qua talis denominatio continetur. l. ſicut re §. vẽditionis cũ glo. ff. quib. mod. pig. vel hip. ſol. Bar. in. l. codicillis. §. inſtituto, num. 3. ff. de leg. 2. Iaſ. in. l. manumiſſiones num. 7. cum aliis ſeq. ff. de iuſt. & iu. cum concordan.

Diſtin.

Hinc eſt, quòd ſi fortè vicinus tũc ad Retractum veniret, ſuccedens in locum locatarii, vel emphiteotę, ſiue etiam non veniret, vtroquè caſu per Leo. X. in alleg. Bulla in §. 14. incip. & vt dicti, ĩã conceſſum eſt remedium eidem locatario, & emphiteotæ perpetuo,

tuo, id eſt vt tantundem cenſum, & reſponſionem ſuper alia re aſſignet domino directo, pro eius affrancatione: & hoc vt liberè poſſit ad Vrbis ornamentum ædificare, & ampliare, cum in fundo alieno non de facili quis ædificet, l. in fundo, cum ibi not. ff. de rei vendic.

Quò ad venditionem † cum pacto, dicit Afflict. de Iur. Protomis. in §. licèt enim, num. 31. & in Deciſ. 338. Nobilis Petrus, num. 9. referens Neapod. in. 1. Conſue. de Iur. Congrui, in ver. emit, & Tiraq. de Retract. conuen. §. 2. in glo. vni. num. 1. & 27. & ferè per totum, quòd Retractui locus eſt, nec illud pactum vicino præiudicium affert, ex quo emptio & venditio perfecta eſt, vt ibi per eos, ſicut in pacto adiectionis in diem .l. 2. ff. de in diem adiectio. ad quod videas Igne. in l. dudùm, num. 76. cum ſequentibus. C. de contra empt. 2 Quid in venditione, cum pacto.

Quò ad † permutationem, Afflict. in d. §. licèt, num. 23. dicit non habere locum; licèt appellatione venditionis, & alienationis, largè etiam permutatio cõtineatur. d. l. ſtatu liberis, cum aliis, cum aliud ſit vendere, & aliud permutare, & aliis rationibus vt ibi, quem ſequitur Nouel. in eo. Tract. 9. 5. num. 43. & ſequentibus, Bologni. in iàm alleg. Conſ. 25. Viſo, & Chaſſen. in Cõſue. Burgun. tit. de Retraictz §. 12. in Rub. X. in ver. font ſchange. & ver. ſeq. num. 1. & antè eum, Luc de Pen. in. l. fi. colum. 1. C. de prę̨d. curia. lib. X. dicens illam legem facere contrà aſperitatem Iuris Protomiſ. vt licèt dicto Iure res vendi non poſſit, donari tamen, & permutari liceat, niſi donatio fuerit reciproca; quia tunc diceretur venditio, & per conſequens, illud locum haberet, vt tenet Chaſſen. in d. Rub. x §. 1. in ver. vendu, in addi. alleg. Guid. Papę Sing. 878. incip. Si duo donent ſibi. 3 Quid in permutatione. Quid in donatione reciproca.

Quod tamen limita, Tribus modis, Primò, niſi fraus in permutatione committeretur ad excludendũ vicinum à ſuo Iure, vt in dictis locis, cum adduc. per Nouell. in eo. loco cum vt dixi ſuprà in Quęſt. 10. in fi. Fraus ſemper excipitur, & tacitè videtur ſequi Igne. in d. l. dudùm, num. 97. vſquè ad 102. licèt dicat expreſsè, quòd etiã ſub Retractu, permutatio ipſa contineatur, propter fraudes quæ oriri poſſent, quaſi vt ſi non de fraude, ſed de contrario conſtaret, non haberet locum; maximè in caſu huius Bullæ, cum per eã de venditione & precio diſponatur, vt inferius dicam. Prima limit. de permutatione.

Secundò, limita, niſi in permutatione ratio precii & valoris fuerit habita, cum ſi datur fundus æxtimatus, venditio dicatur, glo. in l. 1. in ver. taxata, vbi Bar. Bald. num. 4. & Saly. C. de rer. permut. Secunda Limit.

Bologni.

Bologni.Con.21.Idcirco,ſub num.1. 2. & fi. maximè cum in hoc poſſent oriri fraudes.

Ampliatio. Amplia,quàmuis eſſemus in odioſis,vt videtur tenere Deci. in Conſ.160.In cauſa Monaſt.nu. 2. & tantò magis hic, ratione publici fauoris, vt tenet particulariter Tiraq.de Retract. municip. §. 1.in glo.14.num.19. & ſeq. & Bologni. in d. Conſ.25.ferè per totam colum.tertiam.

Tertia Limit. Tertiò,lim ita,niſi cum ipſa permutatione ad pariſicandum, & æqualandum valorem rerum refunderetur precium, maximè ſi maius fuerit re ipſa compermutata, ex parte ipſius refundentis precium prædictum; quia tunc contractus emptionis & venditionis iudicabitur, vt per Boer. Deciſ. 214. incip. Et videtur,ſub nu. 1.ibi,queadmodùm dicimus &c. cum ab ea parte in qua aliquid excedit,id iudicari ſoleat,ad.l.quęritur.ff.de ſta.hom.& facit.l.fundi partem.ff.de contr.empt.

Amplia. Amplia hoc,quòd Ius Congrui intrat, licèt precium non excedat,ſed adęquatum fuerit cum re tradita,vt per Bald. in vſi.feud. in Prohem. num. 11. Prò cuius Quæſtionis clariori declaratione Diſtinguas,vt per Afflict. in d. §. licèt, num. 26. ac in materia facit Deciſ.Boer.144.incip.Euidenter,per totum,Fab.de Mon.in Trac. de empt.& vendi.in 2.Quęſt.princ. num. 23. & Alcia. in Tract.de ver.ſig.lib.3.num.57,& ſeq.quos vide.

4 Quid in datione in ſolutum. Quò verò † ad dationem in ſolutum,dicitur hoc Ius talem cõtractum non aperire,ità vt Bulla intret, Afflict. in eodem loco, nu. 27.cir.fi.& Luc.de Pen.in d.l.fi.colum. 1. propter varietatem verborum, quæ diuerſum ſignificatum inducit, Chaſſen. in eadem Rub.X.§.9.num.5.cum Statutum loquens per verbum venditionis,ipſam dationem non compræhendat, Rip. in .l. filius famil. §. diui,num 101.ff.de leg.1.vbi Ambro.de Opizo.num. 141. Deci. Conſ.18.Viſo puncto,num.3.& Iaſ.Conſ.150.Videretur, num.2. volum.4.

Limit. Limita etiam,niſi doloſè fiat, Afflict.eodem loco,pro ut ſi voluntariè fiat debitum, deindè cum fraude in ſolutum detur, Bologni. in d.conſ.21.num.2.& conſ.25. Qui deindè in num.4. aſſerit id, eſſe intelligendum,iuxtà mentem ſtatuentium, quæ ex verbis reſultat,& hoc æuenire dicitur,quia in genere, appellatione venditionis ipſa inſolutum datio continetur, Cozzad. in Conſ. 90. In cauſa mantuana,num. 11. ac omnem aliam alienationem, vt in num. 13.

5 Si verò † res in dotem detur,Diſting. Aut æxtimata datur, Aut inæſti-

inæſtimata; Primo caſu, ex quo venditio dicitur, ad not. per Amanel. de clar. aq. in Sing. 160. Nota quòd in dubio, iuncto ſing. Marſil. 691. Fundus dotalis, quaſi res in dotem data, vendita ſit, & precium uxori datum, deindè viro conſignatum, ut per Afflict. in d. §. licèt, ſub num. 17. & fauore publico Bulla intrat, etiam in caſu limitato per Marſil. in d. ſing. num. 2. quia non refert ſi vir ſoluendo nō fuerit, quia tunc precium domus deponeretur, ad effectum in aliis bonis conuertendi. Secundo caſu; non, cum ſit res dotalis, quæ alienari non poteſt, prout alienatur ſi æxtimata tradatur, Bald. in. l. in rebus, num. 4. cum aliis C. de iur. dot. vt per Afflict. & Luc. de Pen. in dictis locis, & de iis latè per Nouell. de Iur. Protomiſ. in §. 2. num. 153. & §. 4. num. 52. cum tribus ſeq. & in §. 5. num. 29. & ſeq. Tiraq. de Retract. municip §. 1. in glo. 14. nu. 108 licèt Iaſ. & alii quos allegat, contrarium ſentire afferant, alia ratione, quàm fauore dotis. Quid, ì dote. Diſtin.

Dicas tamen, hunc ſecundum caſum huius diſtinctionis habere locum in §. 7. huius Bullę, per quem fit monitorium de reſcindendo, ſcilicèt quòd in hoc ſecundo caſu eius diſpoſitio non intrat; & diſpoſitio §. 4. per quem fit monitorium de vendendo rē locari ſolitam, intrare dicitur, etiam in dicta re dotali, ut in d. §. 4. in 3. Not. ſub num. 9. dixi.

Quò verò † ad venditionem ſub haſta; Diſtinguas, Aut res creditori conceditur, Aut tertiò, tamquàm plus offerenti adiudicatur; Primo caſu, non eſt venditio, ſed in ſolutum datio, Afflict. in d. §. licèt. nu. 27. cū prorſus ſit diuerſus actus datio in ſolutū à vēditione, vt ex diuerſitate Titulorū apparet. l. 1. ff. pro ſoluto, & l. 2. ff. pro empto. & aliis rationibus, vt per Afflict. in. d. loco, & Tiraq. in eodē Tract. §. 1. in glo. 14. nu. 8. cū ſeq. maximè in nu. 18. Secūdo caſu, venditio iudicatur, ac ſub nomine venditionis celebratur inſtrumentum, cum datione precii (licèt ſub haſta) ut per Tiraq. in d. num. 18. & Bald. in conſ. 300. Statuto, num. 2. volu. 3. vbi loquitur propriè in Statuto, pro vt in hac Bulla in d. §. 7. vbi per hoc verbum uenditionis loquitur, cum adiectione precii. 6 Quid, in venditione ſub haſta. Diſtin.

Oppo. ex d. §. 7. vbi vltrà illa verba uenditionis, & precii, adſunt alia uerba, ſcilicèt volentes uendere, ſed in uenditione ſub haſta, deficit ipſa voluntas; quinimmò dicitur venditio neceſſaria, ex quo fit per curiam, & creditores. l. creditor, la 2. C. de diſtract. pign. ergò coactè, ad not. per Capic. in Deciſ. 99. Præſertim, num. 4.

Solue quatuor modis, Primo, quia propter æmulationem de qua in d. §. 7. quis poſſet cōfictos creditores ſupponere, ac deindè

fingere

fingere venditionem ſub haſta,ad excludendũ vicinum,ad quod tollendum, eſt dicendum quòd Bulla in ſimilibus venditionibus locum non habeat, Secundo modo, quòd in iis venditionibus etiam voluntaria venditio interuenerit,cum voluntas coacta etiã quandoquè voluntas dicatur.l. ſi mulier.§.ſi metu.ff. quod met. cau.Alber.in.l.de quibus.nu.63.de leg.Dida.Couarru. in epitho. in.i.par.cap.4 §.1.nu.12.in.4. lib. Decret.& multò fortius hic erit dicendum,cum ſit coactio licita,& à iure inuenta, Alber. d. l. de quibus,num.63. Tertio modo,quòd à principio fuit coactio,ſed ex temporis longitudine dici poteſt, quòd debitor conſenſit, maximè cum non appellauerit,ſi potuit.l.ii qui ad ciuilia.C.de appellatio.cum ibi not.& Alber.d.num.63. Vel Quarto,quòd neceſſitas illa alienandi,ortum habeat à debitoris voluntate,propter debitum iam contractum, & quòd factum Iudicis cenſeatur factum partis,Tiraq.in.d §.14.num.13.ad eò,vt ob publicum fauorem di cas forsân poſſit in aliquibus ex prędictis caſibus, quòd Bulla poſſit aperiri, vt ornatus publicus intret, Cogita, Ac de tali venditione ſub hăſta,habetur etiam per Chaſſen.in d.Rub.X.§. 9. num.6. & per Vincen.Maxil.in Conſuet.Baren.Tit. de Iur. Protom.§. in pignoribus,

Quid,in aliis ſimilibus cõtractibus. Quò verò † ad alios ſimiles contractus alienationis, dicas locũ non eſſe retractui, Chaſſen.in eadem Rub.X.eodem tit.in §.9.Diſtinguas tamen,vt per Afflict.in Princ.Conſti. num. 27. intelligendo ſemper,ac repetendo in omnibus caſibus, niſi cum dolo agatur; qui licèt non prǽſumatur,Tiraq.de Retract. conuen. ad fi.tit. num.125.multis tamen modis probatur,ac coniecturatur,vt retu li.in d §.7.ſub num.13.

Vnum tamen non omitto, circà faciliorem omnium prędictorum deciſionem,quòd vbi,& quandò,in Lege, vel Statuto loquẽte de aliqua alienatione apponitur precium,pro vt in d.§. 7. dùm dixit,vicinis vendere tenẽtur,pro iuſto,& rationabili precio,quòd de venditione erit intelligendum,quia ſicut ob publicam vtilitatẽ ea quæ loquuntur in caſu vero, extẽduntur etiam ad caſum fictũ, adeò,quòd ex iſtis,omnes contractus ob dictum venditionis verbum forsàn includi poſſent ſub dicto.§. Et quia interdum,niſi ibidem eſſet precium adiunctum,& impoſitum; ideò præſuponit vẽditionem propriam,glo.intelligi,in.l.fi.C.de pręd.decur.Lib.X.vbi Luc.de Pen.,& alii ſcrib.Tiraq.etiam in alleg.Tract.in §.1.in glo.2 num.1.Alex.num.23.in fi.& alii in.l. filiusfamil.in § diui .ff.de leg. 1. & Fely.in c.fi.verſ.Fallit, de accuſatio.

Quod

Quod intelligas eſſe verum, ſi precium ſit condignum rei venditę, cum non ſemper vbi mentio ſit de precio pro venditione accipiatur, quia poteſt eſſe locatio, vt ad longum tempus, vel quid ſimile; & ità procedit tex. in. l. cum dotem. C. de iur. dot. & d. l. fi. C. de præd. decur. ſecun. Bald. in. l. ex conuentione, num. 1. in fi. C. de pac. per glo. ſing. in ver. agendo, in. l. 1. §. 1. ff. de ſuperfic. & faciunt not. per Raym. Senil. in. l. eum qui vectigal, num. 6. & 8. ff. de verb. ſig. & Pantale. de Crem. in. l. rem maioris, num. 264. C. de reſcind. vendi. & ſic ſemper ad dignoſcendum contractum conſideratur precium proportionabiliter accommodatum.

Limit.

Ad dignoſcẽdum contractum conſideratur preciũ proportionabiliter accõmodatum.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

AN BVLLA SIXTI IIII. IN §. 7. INCIP. Et quia interdum, verificetur vbi domus aliuſquè locus venditus eſt, ſed nulliter venditio facta fuit?

IN Conſtit. Feder. Imper. quilibet diceret venditionem ſic nullam, locum non habere, in ipſo Iure; Ratioquè ibi eſſe poterit, quia appellatione actus, intelligitur de valido, iuxtà. l. iiii. §. cõdemnatum. ff. de re iud. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon poſſ. con. tab. & in materia conſuluit Pau. de Caſt. in conſ. 74. In cauſa mota, poſt princ. volum. 2. Veronen. in Conſ. cauſ. Ciuil. 44. In quæſtione de præſentatione, colum. 2. verſ. de prima quęſtione, vſquè ferè ad fi. & Conſ. ſeq. incip. Et ſi in aliis, & rationes vt ibi per eum, & Tiraq. de Retract. Municip. §. 1. in glo. 2. num. 11. cum ſeq. Nihilominus caſus in Bulla Six. & in. d §. 7. verificatur, etiam quòd venditio nulla eſſet, dummodo venditor fuerit maior, qui ad intereſſe teneri poſſit, ſed de hoc intereſſe, cum non ſit ex materia propoſita, omitto; licèt in alio caſu ex inualido, validum non ſequatur:

Ratioquè in hac Bulla poterit eſſe, quia quis uendendo domũ, dicitur rem ipſam venalem feciſſe, licèt nulliter, ex quo animum ſuum aperuit, vt de animo notauit Luc. de Pen. in. l. fi. C. de præd. decur. Lib. X. ac etiam quia ad actum deuenit; ideò Sixtus dixit in d. §. & loca venalia, ideſt ad vendendum ordinata, cum locus per voluntatem cum aliquo opere effectus vendibilis, dicatur venalis; quia dominus ad vendendum deſtinauit, ad not. in. l. 2. ff. de dona. inter vi. & vxo. cum glo. in. l. niſi venalem. ff. de rei vendic. l. 1. cum

Vl. Ius eſt quæſitum, actus ſubſequens præiudicare non videtur.

gloſis.C.de rer.permut.c. medicina miſericordiæ, de pœni. Diſtin. 1.cum concordan.adeò,quòd ex dicta voluntate dici poteſt quòd ſit uicino Ius quęſitum, ad retrahendum, fauore publici decoris, & ob ſuam ſuorumque commoditatem, ità ut actus ſubſequens non uidetur præiudicialis,ut.§. emancipati, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.defer.cum concordan. Vt in ſimili de dote conſtituta arbitrio tertii, quia aliàs, contractus propter incertitudinem precii forsàn nullus dicetur,ad trad.per Soz.& alios in.l. ſiquis arbitratu ff.de uerb.oblig.ut in multis caſibus, de quibus ibi per ſcriben. Et tamen ille caſus Conſtitutionis dotis ſub arbitrio tertii,ualet,fauore ipſius dotis,ut per Soz.ibidem,colu.penul.& ità dicitur ob pub. fauorem,& ſpem ornamenti Ciuitatis(quò ad Retractum)inſtrumentum dicti loci ſic uenalis effecti,unà cum dicta uenditione nulla, ipſi retrahenti non nocere,per ſupradicta, meritoquè vicinus ad Retractum uenire poterit.

QVAESTIO QVARTADECIMA.

QVIA IN VARIIS LOCIS TRACTATVS, DE TAXIS fuit loquutum; An impoſitio ſeu taxa ob publicum ornamentum,& vtilitatem facta,Dominum domus,vel eius locatarium capiat,& amplectatur,ſeu potius Inquilinum,vel ambos?

Diſtin.

IN hac Quæſtione Diſting.Aut impoſitio eſt propter Viarum pauimentationem ex lateribus, ſeu amattonatam,& ſilicatam antè domum alicuius, aut ob taxam propter Iactum, & deuaſtationem domorum,quod in Vrbe uulgariter dicitur Iettum, de quo etiam dixi ſuprà in Princ.Bullæ, ſub num.9.pro amplandis Plateis,& viis,ſeu nouis conſtruendis; aut ex alia cauſa, ob quam taxantur bona Ciuium, quod etiam fieri poteſt,ut per Io.Cephal.Conſ.150. videbantur, nu. 1. ut ob Principis ſubuentionem,uel aliud quid ſimile neceſſarium; Primo caſu, Subdiſting. Aut conducens domum,eſt conductor ad longum tempus, aut non; Si ad longum,ut ad uitam, uel generationem, & ſimil. tūc tenetur ipſe,& non Dominus directus, ut ſi eſſet amattonatus qui ſolet paruo tempore durare,nec ſit res ad perpetuam domus utilitatem,cum etiam tempore eiuſdem locationis forsàn altera refectione indigebit,quarè,qui poſſidet domum,tamquàm

Subdiſtin.

dominus

dominus,& pro ſua vtilitate,in quem tranſlatum eſt dominium, tenetur ſoluere, Afflict.& alii per eum relati,in Deciſ. 365. Per inſtrumentum,num.4. Tiraq.de Retract.Municip.§.1.in glo.14.nu. 79.& ſeq. qui vſufructuario æquiparatur, & ad hæc, cum modica onera ſint,tenetur,l.hactenus vbi Doct.not.ff. de vſufruct. Si verò ad modicum tempus ſit,tenetur Dominus, & non Inquilinus; licèt in Vrbe contrà ipſos Inquilinos pro faciliori exactione, ex ſtilo,procedatur, cum ob multitudinem habitantium Curialium, Domini domorum quandoquè ignorătur, & quandoquè etiam ab Vrbe abſunt,quarè inquilini ad computum locationis,& penſionis domus ſoluunt,& aſcribunt,iuxtà.l.ædiles.§. quicumquè.ff. de via pub. Spec.tit.de cenſi.num.10. quarum expenſarum diſtributio habetur partim in .l. per bithyniam. C.de immun.nem.conced.Lib.10.& ibi ſcrib.partim per Bar.in .l. impenſę .ff. de impen. in reb.dota.fac.& in .l. prædia .§. ità legatum .ff. de fun. inſtruc. ac Paul.de Caſt.in.l.ſi in lege.§.ſi domus,num.3.ff.loca. Alex. in l.diuortio §.impendia,num.3.ff.ſol.mat.Iaſ.in.l.1.num.27. & ſeq. C. de iur.emphit.Guid.Papæ,in Quæſt.444. Vtrum poſſit, M. Mant. Sing.162.Iacobus,vbi cura Aedilium eſſe ait,Rip.in Tract.de Peſte,in tit.de remed. præſer. con. peſ. num. 94. & ſeq. Pet. Antib.in Tract.de Muner.§.1.diuerſarum.quæſt.ſuper muner.num.29.vbi etiam loquitur de Inquilino ſoluente pro refectione putei,& clibani,ad deductionem penſionis, & locationis: dictuſquè Magiſtratus ſolet(ſi petatur)per eius Decretum in actis mandare vt per Dominos domorum excomputetur.

Inquilini ad computum penſionis, taxas ſoluunt, ob faciliorē exactionem.

Si verò de Taxa ob dictum lectitum quæratur,ſimiliter, Domini directi tenentur,quia taxa ratione domorū imponitur, & aliorum locorum ſtabilium,Spec.in d.tit.de cenſi.num.10.munuſquè ordinarium dicitur,Per Anub.in d.Tract. de Muner. in alleg.§. 1. num.9.& in .§.3. de ſecunda diuiſione munerū, num. 23. Si verò ex alia cauſa imponatur collecta, vt per Luc. de Pen. in.l.2. C. de præd.& om.reb.nauicul.cir. med. verſ. ſed in aliis generalibus, lib. 11.& in.l.fi.per totum C.de exactio.tribu. lib. 10. contrà Dominū procedetur,quod cum non conueniat huic Bullæ,omitto;de qua tamen matena latè per Bar.& Iaſ.in.l.placet. C. de ſacr.ſan.eccles. vbi etiam Parpal.& c.placet 16.q.1. Antib. in d. Tract. de muner. per totum,ſpec.in d. Tit.de cenſi.num.7.

Et de prædictis caſibus etiam loquitur Chaſſen. in ſuis Conſue. Tit.deſdroictz.in Rub.4.§.6.in ver.& ſupporter la moitiè, per totum,vbi de emptore cum pacto,de colono, de vſufructuario, &

aliis circà tales collectas, & Bar. in.l. incola, la 2.ff. ad Municip. ac Doct.in.l.1.C.de Iur.emphit.cum concord.

Diuiſio ſolutionis inter dominos vtiles, & directos, ſuper lectitis domorũ

Deciſio verò huius Quæſtionis inter ipſos Dominos vtiles, & directos, habetur ex ſtilo eiuſdem Magiſtratus, comprobato per Motum proprium Pauli Papæ III. Super Iectitis domorum, in. §. 2. in fi. de quo conſtat in fine præſentis Tractatus; Nam qui perpetuas locationes, vel perpetuum cenſum ſoluunt, ad integram taxæ ſolutionem tenentur; qui autem ad ſecundam, tertiam, vel quartam generationem, & nominationem, aut longum, vel modicum tempus; ſi in principio, & citrà medium fuerint, duas tertias; ſi in medio, vel propè medium, dimidiam; qui vltrà mediũ, & propè finem, in tertiam grauentur; reliquum verò ſoluat directus Dominus; quę omnia iudicio, & arbitrio eiuſdem Magiſtratus reponuntur, conſideratis re, loco, tempore, & perſonis: Quæ Diuiſio ſic per eundem Pont. facta, fundatur ex dictis Alber. in. d. .l. ædiles, num. 4. verſ. ſed vidi dubitari, de via pub. & Bar. in. d. l. impenſæ, in fi. verſ. puto etiam, ac in ſimili; ex. l. 3. §. non autem, eo. tit. vbi impenſa facta in re dotali, ſi duratura ſit per X. annos, & matrimonium ſtatim ſoluatur, maritus poterit tunc eam repetere; ſi verò durauit, repetetur illa pars de qua in d. tex. cum reſpiciat vtilitatem futuram, ità quod impenſæ ratione temporis diuiduntur, vt in dicto Motu proprio.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

AN BVLLA LEO. PAP. X. DE FACVLT. TESTAN. & ædifican. in. §. 15. incip. Quod etiam volumus, diſponens ſuper domibus Eccleſiarum, locum habeat in ſimplici Inquilino ad modicum tempus, vt ad ſex menſes, more Romano, vel ad annum, ſeù potius ad longum tempus, adeò vt ſapiat naturã vtilis dominii?

HAEC Quęſtio diſputata fuit coram Magiſtratu, & inter nos conſiderata, in vna Rom. Inquilinatus, inter Venerab. Priorem, & Fratres Sanctiſſimę Trinitatis de Vrbe; Capitulum & Canonicos. S. Petri, ac S. Io. Lateranen. & Rectoré S. Blaſii, propè Templum Pacis, eiuſdem Vrbis, ac Fratres ſeù Monacos Monaſterii de Campania, propè Salernum, in Regno

Neapol. Ordinis S. Franc. de Paula, pro eorum intereſſe, ex vna; & D. Alexandrum Peregrinum Cameræ Apoſtol. Notarium, eiuſdem domus Inquilinum, partibus ex altera; Ad cuius faciliorem intellectum, Diſting. Aut de Inquilino ad longum tempus quæritur, qui aliàs vtile dominium habet, pro vt ad vitam, ſeu ad generationem; Aut de Inquilino ad breue tẽpus, vt ſemeſtris, vel ad annũ; Primo caſu, cũ interſit ædificia facere, Ciuitatem inſtaurare, & magis ornare, quod ad Iudicis officium ſpectat l. pſes, la 5. ff. de off. præſid. l. 2. & toto tit. C. de ædif. priuat. ac etiam quia Eccleſia per ſe ipſam, ſicut etiam alius locus Pius, habitare non poteſt; cum non habeat corpus ad habitandum; nec quia Clerici etiam bona Eccleſiæ poſſideant, tit. pro ſuo, ſicut cæteri, nec iure proprio, ſed ad tẽpus, ex quo dominium penès ipſos eſſe non dicitur, nec etiam penès Papam vt per Fely. in c. conſtitutus, de reſcrip. Staſil. de lit. gra. & iuſt. car. 188. Afflict. Deciſ. 361, Monaſterium, nu. 22. cum duob. ſeq. cum concordan. licèt ſit Deus in Terris & habeat poteſtatem ampliſſimam, ſed dominium ſolùm eſt penès Deum, vt de iis etiã retuli in altero meo Tract. de Temp. vtili, & Contin. in cap. 15. nu. 2. ſed pro ipſorum, & Eccleſiæ ſubuentione eorum domos vt plurimum locant, ideò nè Decor Vrbis in ædificando retardetur, ſeù amictatur, & nè etiam Eccleſia damnum patiatur, ſtatuit Leo, in d § pro eius euidenti vtilitate, vt Inquilinus poſſit valorem dictæ domus ſibi locatæ communiter æxtimatum, ſeù æxtimandum, offerre, & deponere; ſed quia diſpoſitio Principis ſinè tertii præiudicio ſolet intelligi, ad trad. per Rui. in Conſ. 3. Videtur prima, nu. 8. volum. 5. etiam in minimo præiudicio, Pariſ. Conſ. 93. Michael, num. 20. & ſeq. volum. 4. ideò voluit Leo clarius intelligi debere, quarè loca ipſa vendi in caſu prædicto mandauit, cum augumento decimæ, vel maioris partis, arbitrio Magiſtratus, in aliiſquè bonis dictum precium conuerti debet, vt ibi:

Dominium Beneficii Eccleſiæ non eſſe penès aliquem nec penès Papam, licèt ſit Deus in Terris, ſed penès Deum

Diſpoſitio, ſinè tertii præiudicio intelligitur.

Secundo verò caſu, non habet locum dicta Bulla, cum ſimplex Inquilinus dicatur, nec habeat illud dominium vtile ſicut haberet ſi eſſet ad longum tempus, adeò vt poſſet conſolidari ſua habitatio cum proprietate, ſicut in Dominio,

Et quia Inquilinus pluribus modis dici poteſt, vt not. Docto. in l. ædem C. loca. l. 1. iuncta. l. 2. & 4. ff. de vſu. & habit. & l. in venditione. ff. de bo. aucto. iud. poſſ. cum concordan. Ideò Leo ibidem declarat, vt genus, & ſpecies Inquilinorum dignoſcatur, dicens, diuerſis Inquilinis, ideſt variis ſpeciebus ipſorum, deindè magis declarando ſubiungit pro annua reſponſione, vt facilius de aliis ſimplicibus

Inquilinus, pluribus modis dicitur.

tibus intelligatur, & hæc ſit vna ſpecies Inquilinorum, alia verò ſpecies ſubſequitur, dùm dicit, vel aliter, etiam ad plures annos; cũ dictio, vel, alternatiua ſit, vt eſt dictio ſiue, & aut. l. ſi hæredi plures ff. de condi. inſtit. cum concordan. ſubiungitur deindè, ſeù ad plures vitas, aut cum Facultate denominandi vnam vel plures perſonas; & cauſam indè allegat, dum dicit, quo poſſint in illis ędificare ſeù ampliare volentes, quod verbum volentes, dicitur liberè voluntatis ſignificatiuum. l. velle, vbi Deci. ff. de reg. iur. c. 1. 15. q. 1. & Soz. in Conſ. 68. Iohannes, num. 6. volum. 1. vt de voluntate etiam dixi, ſuprà in §. 7. incip. Et quia interdum, in 2. Not. ſub nu. 5. ideò, volentes ędificare, fauendi ſunt, vt in Bulla.

Ver. volo, quid ſignificat.

QVAESTIO DECIMASEXTA:

QVIA SVPRADICTA BVLLA LEO X. IN §. 18. INCIP. Et quoniam ſicut accepimus, diſponit de Domino volente habitare domum, poſt monitorium de vendendo ſibi præſentatum, cui hoc non ſuffragatur, niſi à fundamentis facere incepiſſet; An ei ſufficiat ſi aliquod fundamentum alicu ius parietis confecerit, vel potius fundamẽta totius domus facere teneatur? Et an aliquo modo di catur habitatio affectata, in fraudemquè retrahere volentis facta, ſi paulò antè monitorium Dominus ad habitandum ſe contulerit, adeò ut Bulla intret?

AD Primum Reſpon. Quia ratio Leo. quare Dominus non obſtringitur ad uendendum, ſi iàm fundamenta fecerit, videtur eſſe, quia tunc non domum inſtaurat, ſed totum corpus ferè ſubuertere vult, faciemquè domus mutare, & aliud ædificum facere intendit, vndè ex ipſo nouo ædificio maior ornatus, ac pulchrior forma ſperari poteſt, à quo Pontifex rem ſuam auferre, & alteri dare non intendit, niſi ubi ſpes ornatus, & decoris deficeret, ac animus nolle domum ſuam ornare, & eam non habitare velle, dignoſceretur, vt dixi ſuprà in §. 3. incip. Et ſi forſàn, in 4. Not. nu. 4. Sed ex debilitatione alicuius parietis, cuius fundamentũ Dominus reparare uelit, non dicitur intentioni Pont. ſatisfeciſſe, niſi totam domũ à fundamentis, ſiue forsàn in maiori parte, maximè in fronte, ac facie ipſius domus, uerſus viam publicã, arbitrio Magiſtratus

giſtratus ſemper conſiderandum, quis reficeret.

Quo verò ad alteram Quęſtionem Dicas, quod ſiue Dominus ex alterius relatione, ſiue ex ſua opinione Monitoriũ ſibi fore præſentaturum ad inſtantiã vicini, dubitabat, ſiuè ſciebat, ſiue ignorabat, quolibet caſu uidetur dicendum Bullam Leo. non intrare, Quia ſi ignorabat, ſibi licuit, et id fortè fecit quod ei pro ſua familia erat neceſſariũ pro ſua commoditate, voluitquè re ſua uti, arbitrio ſuo; ad not. in. l. in re mandata C. manda. c. cum Eccleſia vulnerans, de electio. nec vnquàm præſumitur quis fraudem feciſſe. l. qui autẽ. § itẽ apud labeonẽ, vbi Bar. ff. quæ in frau. credi. & idem dicendum erit ſi dubitabat, ex aliquibus præſumptionibus; vel etiàm ſi ſciebat, fortè ex auditu, ideò voluit tali cautela vti, nè domus ipſo inuito ſibi auferatur, nec dolo dicitur facere qui dicto ſuo Iure vtitur, Paris de Put. in Tract. de re milit. lib. 8. Quandò vnus pugnantium, num. 5. & cum ſit bonus dolus, ſi hoc agit antè monitionem, ſibi parcitur; vt de bono dolo dixi, ſuprà in. § 2. Nos igitur, in. 5. Not. ſub num. 10. & in. § 7. in 5. Not. num. 13. quia ſi Leo fraudem in hoc caſu conſideraſſet, exprexiſſet, ſicut quandò quis poſt monitionem ad habitandum de nouo ſe contulit, expreſsit: & hoc maximè quia ibi ponderando illam dictionem, de nouo, quæ initium rei quæ adhuc non fuit, demonſtrat, c. non autem 7. q. 1. & toto tit. ff. & C. de no. oper. nun. ac etiam illam dictionem, poſtquàm, quæ conditionem importat, Bar. in. l. quibus. § terminus, num. 7. ff. de condi. & demo. quæ etiam uberiorem ſignificatum habet, vt ſcilicèt perfectionem actus demonſtret. l. inter illam, vbi Alcia. ff. de verb. ſign. ac etiam quia ceſſat qualitas illa de qua ſuprà in. § 4. Et nè ob proteruiam, cir. fi. vbi de domo locari ſolita dicitur: quod ſolitum intelligitur dummodo tempore monitionis domus locata reperiatur, vt dixi in. § 3. Et ſi forsàn, in 4. Not. in fi. Quod probari ẽt dicitur per illam dictionẽ, tunc, quæ extremitatẽ temporis demõſtrat, adeò vt ſufficiat dicto tempore monitorii ut dominus domũ ſuam non habitet, ſed deindè ſe cõferat, vt in tex. d. §. Et quoniã ſicut, ut de hac dictione, not. Pariſ. in Conſ. 86. Ad uerã, nu. 34. uol. 2. cũ adductis per eũ, Vndè ſi dicto tẽpore domus habitatur per Dñm, non poteſt dici locata; niſi forsàn partẽ tantũ, & indiuiſibilem ad eam habitandum ſe cõtuliſſet, ac etiam totam domum, & demùm poſt litem finitam abiret, cum ex hoc in fraudem feciſſe præſumeretur, ut de iis etiam latè dixi, ſuprà in. § 5. Et inter duos, in 2. Not. num. 4. & faciunt ad hanc Quæſt. cõgeſta per Tiraq. in Præfatio. de Retract. Municip. nu. 67. uſquè ad nu. 75.

Dictio, de nouo, poſtquã, & tunc, quid important.

QVAE-

QVAESTIO DECIMASEPTIMA,

AN PRAEDICTA BVLLA LEO. X. IN .§. 19. INCIP. Ac volumus, extendatur vnà cum Bulla Sixtina ad Viridaria, & vineas; & ad Caſalia; infrà X. miliaria conſiſtentia?

QVO' Ad primam partem de Viridariis, & vineis, vnico verbo abſquè Iurium allegatione, dico eam ad eadem loca extendi, per Motum proprium eiuſdem Leo. hoc idem declarantem, & extendentem, inter Facultates DD. Magiſtrorum Viarum notata, ſub Rub. Quòd à Sententiis latis ſuper ædificiis, appellari non poſſit, ſed ad Cam. Apoſtol. recurratur, in .§. 3. Quò verò ad ſecundam partem, An locum habeat in Caſalibus, Dico adhuc ſub Iudice, ſuper hoc litem eſſe, nec aliquis tàm antiquo quàm moderno tempore eam decidere auſus fuit, perraró enim quis ſibi Caſale contiguum petit, vigore Bullæ, ideoquè ſemel tantùm caſum euenire vidi, inter Mag. D. Lud. de Matheis Nob. Rom. & D. Franc. Paſottum, quia ſi in vim Bullæ Sixtinæ in § 4. incip. Et nè ob proteruiam, verſ. & ſimiliter, iuncto extenſiuo § Leonis in d. §. 19. peteretur, eſſet ferè omnia Caſal a peruertere, cum ea pro maiori parte locentur, in Signaturaque Pont. commiſſionem ſignatam ſuper iis nemo vidit, temporibus noſtris; quamuis forsàn aliquis obtinere tentauerit; nec tunc D. Cardinalis Camerarius voluit per eius Aud. & Locumtenen. qui erat R. P. D. Romulus de Valentibus, nunc Epiſcopus Conuerſan. in dicta cauſa pronunciari debere, nequè iidem DD. Magiſtri Curatores Viarum, niſi cum voto Reuerendiſs. Cameræ Apoſtolicę, vel Sacræ Rotæ, ſeù alicuius conſumatiſs. Viri, quæ poſt multas conſiderationes, tamquàm dura, & exemplaris, deindè more Rotali, ſub Iudice relicta fuit, In qua quidem cauſa potius inclinabamus in partem negatiuam, licet forsàn verba textus aliter ſonent, quia ratio Bullarum quæ ex prohemio ſumitur, vt dixi ſuprà in §. 7. in. 1. not. num. 2. & ſub num. 4. in tertia conſideratione fauoris pub. fuit decor Vrbis, ab ædificatione lauta proueniens, & quæ etiam fuit conſiderata per Leo. in d. ſua Bulla, in §. 13. incip. Et nihilominus, ibi prædeceſſorum inhærendo veſtigiis cupientes, &c. quæ narratiua diſpoſitiuam declarat, ſcilicèt ad effectum ampliandi ædificia, infra dicta X. miliaria, intelligatur.

Ratio Conſtitutionis, ex prohemio colligitur, remiſſiuè.

Sed ſi Caſale vicino concederetur, amplum terrenum haberet,

nec

nec plura ædificia ibidem faceret, ſicut ſi plures Domini eſſent, facere poſſent, pro eorum & familiæ habitatione, & commoditate; ex quo Decor Vrbis reſultaret; ſi ergò inquàm concederetur, inducta ad finem ædificandi, contrarium operarentur, argum. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. l. quod fauore. C. de legi. Sed licèt ille §. 19. Leo. prorogatiuus & extenſiuus ſit, & non declaratiuus, ad not. per glo. reſpondemus, in c. fi. de verb ſig. in 6. debet nihilominus intelligi ſecundum terminos, & qualitates prioris Conſtitutionis Sixti, ad vulg. l. ſed & ſi manente. ff. de præcar. l. 1. §. & poſt operis, vbi Bar. nu. 6. & alii. ff. de no. oper. nun. & latè per Deci. in c. de cauſis, de offi. deleg. in qua Sixtina Cõſtitutione, & Bulla, diſponitur de locis ædificio ampliandis ad decorẽ Vrbis, nec ex tali extentione Leonis intelligi debet de Caſalibus ampliandis, quia hoc modo eſſet ſolùm ad commoditatem, & vtilitatem vicinorum, & non ad Vrbis ornamentum, quod tamen ſecus eſt in Viridariis, & vineis, vt ſuprà in princip. huius Quæſtionis, & iis ſimilibus locis, ac etiam minoribus, vt Cannetis, in quibus facilius ſperari poteſt ornatus publicus, cum iſta loca viciniora Vrbi vt plurimum ſint, quàm Caſalia, quod ex locorum inſpectione, & aliis conſiderationibus, relinquitur iudicio Magiſtratus, vt dixi ſuprà in §. 5. Et inter duos, in 2. Not. ſub nu. 4. ſed ſi etiam in Caſalibus ædificaretur ad modum Suburbii, ſeù Villarum, forsàn intentio Pont. intraret.

Conſtitutio extenſiua, intelligitur ſecundum qualitates prioris conſtitutionis.

Conſiderabantur quoquè in prædicto caſu, per nos, illa verba Leo. in eodẽ §. 19. ibi in quibus ab aliquot &c. nàm illud relatiuũ, in quibus, intelligitur iuxtà l. 1. vbi Bar. in prin. C. de ſum. trin. & fi. cat. & in. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. ſuper ver. qui, cum concordan. ideſt de illis dumtaxàt locis in quibus viridaria, vineæ, vtiliaquè ac neceſſaria, ſeceſſus, & ædificia dicto tempore inſurgere inceperunt, adeò vt non intelligatur, vbi de facili non conſideratur ſpes publici ornamẽti, vt in Caſalibus, quę Romę ferè abſquè ædificio reperiuntur, nec ibi vineæ, & viridaria cõſtruuntur, & abſquè ædificio etiam verificantur, ad l. ager & l. fundi. ff. de verb. ſig. Sed de ipſis locis, menſuratione, ac quantitate, & non qualitate minoribus, propè Vrbem, etiam ædificia non habentibus, ex quibus de facili ſperatur pulcritudo, vtilitas, & ædificium; quia hęc infrà dicta X. miliaria ſurgere tunc inceperunt, ac hodiè inſurgunt, & fieri ſequuntur; niſi in Caſalibus aliquid ædificaretur, vt dixi, vel forsàn in toto caſali ſpecioſa viridaria, vineæ, & alia non minus pulchra quàm vſui humano vtilia, & neceſſaria fierent, vltrà ædificium, cum tunc nomen Caſalis amicteretur. Pro quorum omniũ

ſigillo,ideò Leo arbitrium DD.Camerario,& Magiſtris ſuper hoc benè omnibus conſideratis, conceſſit, vbi ſcilicèt & quotiens eis videbitur vtilitati,vel ornatui publico expedire,vt in d §. 19.

QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

AN DECRETVM REVERENDISS. CAMERAE APOſtolicæ in fauorem Inquilinorum editum,in.§. 3. incip. Et nihilominus, locum habeat in ſuburbiis, & ſic in conductoribus vinearum cum domibus exiſtentium?

PARTEM negatiuam in hac Quæſtione veriorem eſſe arbitror, Et licèt Priuilegiũ quod loquitur de Vrbe, trahatur etiã ad ſuburbia, ad trad.per Io.Andr. in. c.Si ciuitas,num.5.de Sent.excom.in 6.vbi etiam alii,Decretumquè in priuilegium Inquilinis concedatur, vt patet in eius Rub. & Prohemio, ibi, cupientes tranquillitati Curialium &c. à quo ratio finalis colligitur, vt dixi in Quæſtione præcedenti,ità vt locum habere dicatur in domibus in ſuburbiis exiſtentibus, ſicut in domibus in Vrbe, & quòd talis caſus etiam in Decreto comprẹhenſus ſit, vt tradit Aymo.in conſ. 118.In hac cauſa,num.15. cum concordan. de quibus ſuprà dixi, in §.7.in.1.not.num. 2. Et licèt inquilinus etiam dicatur qui domum in dictis ſuburbiis conducit, vt declarat Alex. poſt Imo. in.l. qui pignoris,ſub num.2.ff.de acquir. poſſ. Nihilominus Decretũ non verificatur niſi in Vrbe, quia priuilegium Inquilinis conceſſum licèt quò ad ipſos dicatur fauorabile) videtur tamen contrà l.dudùm C.de contr.empt. cum multis concordan. iàm pluries in hoc Tract.allegatis, & in Decreto ſola commoditas, & tranquillitas conſideratur,nè fortè curiales inquilini diuerſoria uagari, ſarcinulasquè in aliis domibus iterùm ordinare,ac componere teneãtur,& tempus negotiationis conterere,ergò non extendendum, Tiraq.de Retract.municip.in pręfatio.num.60.& 62. ſicut dicitur extendi poſſe diſpoſitio Bullę Sixtinæ,& Leo. quæ continent in ſe illam rationem finalem,quæ potius vt dixi in d. §.7. facit caſum cõprẹhendere quàm extendere, vbi ob ornamentum pub. domus vicino conceditur; Inquilino verò per ipſum Decretum aſſignatur ob dictam ſuam commoditatem & tranquillitatem tantum, licèt

licèt in principio eiuſdem Decreti,& in §.3.incip.& nihilominus, dicat reſpicere vtilitatem pub. ad tollendas lites, nihilominus ibi deficit illa principalis de qua in Bulla Sixti,& Leonis,meritò diuerſa ratio conſideratur,licèt deindè ab ipſo decore vtilitas pub. proueniat,vt dixi in d §.7.in.1.not.ſub num.2.

Præterea Inquilinus propriè,eſt qui domum in Vrbe, colonus verò qui agrum cum eius domo conducit, ut in propoſito dixit Bald.in .l.certi iuris, num. 4. verſ. nunc ad materiam C. loca. & de Inquilino facit.l.re pignoris.ff.de acquir.poſſ.vbi Imo. verſ.ſed colonus,glo.colono,in.l.emptorem C.loca.& de colono, eſt glo. ordinaria in.l. penul. ff. de vſufruc. lega. ideò priuilegium inquilinis conceſſum,ad colonos non ſolet extendi,Bald.in.l. ędem, ſub nu. 12.verſ.ſed numquid hæc lex.C.loca.cum in materia ſtricta, diſpoſitio reſpiciens ea quæ ſunt in Ciuitate,nō habet locum in iis quæ ſunt in ſuburbiis;Gozad.in Conſ.5.An in quęſtione,vbi per plures num. Et Vrbis appellatione,muris,non autem continentibus ædificiis,finiatur.l.Vrbis appellatio,vbi Alcia.ff.de verb.ſig. Inquilinus, & colonus, quis dicatur.

Vndè pondero verba Decreti,ibi alienas domos ſub annua pēſione in Vrbe incolunt,quę verba in Vrbe,videntur importare intrà Vrbem,cum dictio in,includat, maximè ſi cum ablatiuo iungatur quod locum reſpiciat, quia intrinſicitatem denotat, Bald.in Rub.ff.ſol.mat.poſt princip.vbi etiam Rip.num.2.notatquè Roſell.in Dictio.ad Comen.Franc.Aret.in ver. Dictio, Rom. in conſ. 376.Quæſtio eſt,num.1.adeò vt ſi Statutum dicat de geſtis in domo,ad geſta in porticu non extenditur; & factum in ripa, non dicitur factum in flumine.l.1.§.in publico.ff.de flumi. ità vt veritatē denotare dicatur in loco deſtinato,non autem extenſionem & fictionem,Bal.in.l.bello.ff.de excuſ.tut.maximè quia licèt loca propoſita ſuprà in præſenti Quæſtione habeant domos, tamen denominantur potius vineæ,& viridaria,quàm domus, & aliis rationibus,quas omitto. Dictio in, quid ſignificat.

QVAESTIO DECIMANONA:

AN VICINVS AB ALTERO VICINO MONITVS vendere domum, & qui deindè poſt electionem periti pro eius parte factam, ad æxtimandum, paſſus fuerit domum æxtimari, teneatur ad expenſas litis,ſi contrà ipſum fuerit pronunciatum?

QVAESTIO hæc,facilè cum diſtinctione decidi tur(licèt in aliis caſibus præter Bullam, multa dici poſſent): Aut enim quis ſimpliciter peritum ſuum,ac æxtimatorem elegit; Aut cum proteſtatione, quòd hoc facit ad importunitatem vicini ipſum citantis,euadendumquè forsàn maius damnum,& quòd ſibi ipſi præiudicare non intendit, negando ſe ad petita teneri; Aut ſe eſſe contentum ait, & propterea æxtimatorē eligit,cum proteſtatione quòd paratus eſt vendere,abſquè aliis expenſis; omittendo illam Quæſtionem, An & quando habens iuſtàm cauſam litigandi condemnetur in expenſis,de qua per Spec. in tit.de expen.in §.de expenſis,quæ fiunt poſt lit.conteſt.num.3. & per totum tit. Luc.de pen.in.l.vni.vbi per 4.col.C.de ſumptu. recuper.Lib.X.cum concordan.

Primo caſu, in Sententia condemnatur in expenſis,quia indebitè faticauit vicinum.c.fi.de reſcrip.c.ex literis, de dol. & contum. Nec obſtat illa electio periti,cum potius dicatur facta ad importunitatem vicini,quàm ex ipſius conſenſu, quia ſi verè de conſenſu eſſet,domum offerre,ac cedere debebat, ad not. per Docto. in .l. poſtquàm liti C.de pact.

Secundo caſu,ſimiliter tenetur ad expenſas, quia temerè vſquè ad finem litigauit.l.eum quem temerè.ff. de iudi. & ibi ſcriben.cū concordan.licèt ibi in actore loquatur,quia deindè in.c.calumniā, ibi,temerè,de pœnis, de vtroquè intelligitur, nec illa proteſtatio quæ aliàs eſt Iuris competentis præſeruatiua,Fely.in c.inter monaſterium,colum.1.verſ.ſaluo iure,de re iudi. ſufficit in caſu iſto, ad declarandum mentem,vt ſatisfiat importunitati aduerſarii, & nō vt velit cedere,quinimo ex eo dignoſcitur quòd in negatis perſiſtit,& licèt proteſtatio ſoleat eſſe talis vt releuet proteſtantem,hoc tamen caſu eſt quodadmodo contraria facto; ideò potius dicitur quòd vnà cum facto proteſtatur ſe velle in negatione perſiſtere, quarè ſibi non prodeſt,ad trad.per Bero.in c.quoniam, de iur.patron.num.87.Neuiza.in Conſ.52. Circà venditionem,num. 35.

Proteſtatio Iuris competentis præſeruatiua dicitur,proteſtātemquè non releuat ſi fuerit contraria facto.

Subdiſting.

Tertio caſu,Subdiſting. Aut deindè ſubſtinuit litem, paſſusquè fuit abſquè alia proteſtatione deueniri ad Sententiam, & tenetur ad expenſas, quia talis proteſtatio iàm facta de directo repugnat actui,adeò quòd videtur ab ea receſſum. Grat. in.1.lib. reſpon.in X.Reſpon. Quæritur iterùm, num. fi. Quę proteſtationis materia longum Tractatum requireret,vt dicit Bulgar.in.l. bonorum. nu. 69.C.qui admitt.vbi benè etiam diſtinguit in hac materia, in nu.

67.

67.cum duob.ſeq.& eam,cum ſit extrà Bullam omitto,quam latè etiam ponit Ant.Rube.in.l.non ſolùm §.morte, num. 178 .ff. de no.operis nun.cum mul.num.ſeq.vbi Horma.Det.num.38. Milis in ſuo repert.in ver.Proteſtatio,Matheſil.ſing.3.Nota quòd, cum Addi Gabr.Saray.Soz.Nepos in.l.irà ſtipulatus,num. 46. cũ duob. ſeq.ff de verb.ob.Phanuc.de Phan.in Tract.de Lucro dot. in glo. xi.num.5.& Cagno.in.l.in omnibus cauſis,num.7.vſquè ad num. 14.ff.de reg.iur. cum concordan. Aut verò non ſubſtinuit litem, ſed in actis ceſſit,& nõ tenet.d.l.poſtquàm liti,vbi ſcriben. not.niſi in illis expenſis factis vſquè ad tempus ceſſionis liti,Matheſil.Sing. 82.Nota practicam, cum additio.Gabr.Saray.num.2. & per totũ, in quo tempore habuit iniuſtam cauſam litigandi,Bar. in.l. ſiquis inficiatus.ff.depoſ. Pau.de Caſt.in.l.deſtitiſſe,num.4. ff. de iudi.& aſſentit Cagno.in.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.niſi fortè dicatur,ſecundum Gozad.in.d.l.poſtquàm liti.nu.10. & Signor. de homod. num. 23. quòd in caſu vbi donatio coniecturari poteſt, pro vt ſi haberet bonum Ius, quòd videatur potius per renunciationem donaſſe,quàm iniuſtam cauſam habuiſſe,& ſic dicetur meritò deſtitiſſe. Sed volens fugere expenſas, debet in actis cedere liti, & non iudicium tacitè, vel ſub aliquo colore ſubſtinere,Solet tamen Magiſtratus non ſeruare Iuris rigorem in condemnatione expenſarum,ſed ex æquitate,ac iuxtà diſcretionem, & religionem ſuam quandoquè arbitrari.

QVAESTIO VIGESIMA.

AN RETRAHENS DOMVM, SEV ALIVM LOCVM, teneatur ad expenſas melioramentorum in eo per prædeceſſores emptores factorum, antè retractum, ac ad expenſas Proſenetis,& Notariis,pro venditionum rogitis erogatas, & iis ſimilibus?

TIRAQVEL. de Retract.Conuen. §.7.in glo. 1.per totum,& in §.2.in glo. vni. num. 38. cum mul.ſeq.& de Retrac.Municip.§.XI.in glo.6.nu.
3.multa dixit, Tu autem fędere diſtinctionis,quò Diſtin.
ad primam quæſtionis partem, dicas; Aut antè
monitionem de reſcindendo emptionem iuxtà
Bullam Six. III. §. Et quia interdum, expenſæ factæ fuerunt, Aut
poſt; Primo caſu,ſubdiſting. Aut bona fide, Aut in fraudem primus Subdiſtin.
emptor impenſas fecit; Si bona fide, reficientur; maximè ſi

fuerint neceſſariæ, quia nemo cum iactura alterius lucrari debet l.iam hoc natura.ff.de condi.inde.l.iure.§.fi.ff.de iur. dot. l. reſcriptum §.1.ff.de diſtra. pigno.l.iure naturæ, de reg. iur. cum glo. & ad trad.per Paris.in conſ.33. Exarato,num.54.cum ſeq.volum. 1. Quod tamen relinquitur,de ipſis expenſis, iudicandum iudicio & arbitrio Magiſtratus,quales ſcilicèt impenſæ fuerint,cuius naturæ, & ſubſtantiæ,& inter quas perſonas,vt per Pariſ.eo.conſ. num.56 & tex.in.l.in fundo,in prin.ibi bonus Iudex variè ex perſonis cauſiſquè conſtituet,& ibi ſcriben.ff. de rei vendic. & facit Diſtinctio Boer.in Deciſ.44. Præſupono,ſub num.6. & 7 .Si verò in fraudē, minimè,ad Boer.Deciſ.47. Videtur quòd,num.10, ſed quia fraus non præſumitur niſi probetur,vt dixi in.d.§. Et quia interdum, in 5.Not.Sub num. 12. ideò verificanda & dignoſcenda erit partim ex rationibus,& Iuribus prædictis,& præſumptionibus validis, ac ex nimiis impenſis paruo tempore factis,vel ſi nimis animosè conficiantur,nè delicatus debitor, nec onerofus creditor audiatur.l.ſi ſeruos.ff.de pignor.actio.l.intrà vtile §.vendentibus .ff. de minor. vbi ſcriben.cum concordan.& iis ſimilibus coniecturis.

Secundo verò caſu principali,ſi poſt Monitionem,& tunc quia emptor mala fide mercatus fuit,expenſas non repetet, argu.l. aut ſi antè denunciatum.ff.de rei vendic. niſi fuerint neceſſariæ.l.1. & l.impenſæ.ff.de impen.in reb.dota.fac.l.impenſæ.ff.de verb.ſig.cū adductis per Pariſ.d.Conſ.33.num.55.& Boer.d. Deciſ. 47. num. 3,quaſi ſcienter emerit rem Retractui ſubiectā,& facit ad hoc,tex. quo,vt dicit Igne.in.l.dudùm,num.40.C.de contra. empt. meliorem nō reperies, in.l.fi.§.emptor.C.commun.de lega.ac aliis ſimil. de quibus per eum, dicēs quòd caueant emptores ab iſta fraude, qui immediatè re empta domos ædificiaquè demoliri faciunt, vt retracturos affligant;qui debent puniri; Et ideò probi,ac cauti vicini ſolent cum inhibitione denunciare emptori nè aliquas impenſas,melioramentaquè faciat,ex quo retrahere intendunt, argum. l.ſi fundum,cum ibi not.C.de rei vendi.& ſi abindè citrà expenſas fecerit ac perſeuerauerit, fraude carere non dicetur, vt in d.l. & Boer.d.Deciſ.47.num.4.

Ratio verò eorum quæ dixi in primo caſu,videtur vna, & eadem eſſe,tàm in genere quàm in ſpecie,in genere videlicèt,vt quia dicitur quis dominus rei ſuæ,licèt ab eo res ipſa vendicari, auocari,euinci,redimi,repeti,relui,ac condici poſſit.l. Iulianus,la. 1.§.fi. cum.l.ſeq.vbi Bal.& Ang.ff.de rei vendi. iuncta .l. ſi ancillam, vbi etiam Bald.& Ang.C.de actio.emp.& Bald.in.l.1. in vtraquè lectu

C.de

C.de reuoc.dona.cum concordan.Et in Specie, vt in caſu Retra-ctus,quia primus extraneus emptor dicitur plenus dominus, licèt res auocari poſſit,& hoc quia emit; auocatioquè illa cum hac ta-cita conditione videtur iungi,ſcilicèt ſi vicinus voluerit,& non ali ter,vt dixi in.d §. Et quia interdùm,in 6. Not. cir. ſi. ſub num. 13. quæ ità ſuſpendit,ſicut expreſſa,glo.in.l.item quia, in verbo, ma-lè petitur,vbi Docto.ff.de pac. interimquè antequàm declaretur, dominus eſt,& bonefidei poſſeſſor,Bald.in Conſ.303.Ad euiden-tiam, ſub num.3.& ſeq.volum.1.ideò ſi impenſas fecit, repetet; l.in fundo,vbi Bar.num.7.ff.de rei vendi.Iaſ.in.l. domos, num. 2. vbi etiam alii.ff.de leg.1.

Extrane' emptor plenus ac perfectus dominus dicitur, licèt res per vicinum retrahi poſſit.

Nec dicitur habere locum id,quòd qui habet actionem ad rem reuocandam,dicatur rem ipſam etiam habere &c. cum longè mi-nus ſit actionem habere quàm rem l.minus.ff. de reg.iur. Ac aliud ſit habere rem, & aliud videri habere, vt de iis per Tiraq. de Re-tract.conuen in d. §.2.in glo.vni. num.38.cum multis ſeq.& in d. §. 7.in glo. 1 .per totum.

Ad quod facit in ſimili,de alienatione rerum minoris, vt ſi per emptorem fiant expenſæ in re empta, licèt ab eo res ipſa condici poſſit,nihilominus expenſas repetit,ad perpetuã dictæ rei vtilitatẽ factas,iuxtà not.in d.l.domos,& Afflict.Deciſ.87. Magnum eſt du-bium,num.5.& ſeq. Et tantò magis hic, quia inſtrumentum pen-dente tempore declarationis, validum eſt, cum multa etiam poſ-ſint accidere nè vicinus declaret, vt ſi ex defectu pecuniarum, vel alio impedimẽto implicitus ſit, ſeù quòd tunc forsàn noluerit do-mum,& illum locum habere, & ità de dictis expenſis ab eodem Magiſtratu fuit iudicatum,in vna Rom. reſciſsionis venditionis domus,inter R.P.D.Baldum Ferrettinum Epiſc.Lipparen.vicinũ, & retrahentem ex vna, & D. Nicol. Ciampoli,Mercatorem Piſa-num,Inquilinum,ac primum emptorem,partibus ex altera.

Quò ad ſecundam partem Quæſtionis, de expenſis Proſenetis, ac Notariis pro rogitu erogatis, & iis ſimil. factis, an reficiantur, & per quem? remitto ad trad. per Chaſſen. in Conſue. Burgun. Tit. de Retraictz. Rub.X §.1. in ver. Lesfrais raſionables, vſquè ad §.2.& Nouel.de Iur. Protomiſ.in. §. 2. numero 45. Tiraq. de Retract. Couen. §. 6. in glo. 2.numero 20 vſquè ad 24.& §. 7. in glo.1. per totum.

QVAE-

QVAESTIO VIGESIMAPRIMA.

SI DOMVS VICINI EMPTORIS QVAE SVB VNA Parrocchia fuerit diſtributa, alteraquè domus alterius vicini venditoris contigui, ſub altera Parrocchia; An domus amborum domorum in vim præſentis Bullæ incorporatarum, & vnitarum effectus, ſubiiciatur illis duabus Parrocchiis, ſeu potius vna ex eis in tali domo vnica effecta, Ius Parrocchiæ habeat, & decimas ſolitas, exigat?

CVM HAC præſenti Quæſtione, quæ nō à verbis Bullæ, nec à mente forsàn Pontif. in Bulla prouenit, quæ potius Canoniſtalis dicitur (tāquàm pia, & ęqua) præſentes Quæſtiones, pro nunc, cōcludere, & finire intendo, aliaſuè, alio tempore conſcribam. Præſuppono enim quòd † termini Prouinciarum pro maiori parte, antè Aduentum Chriſti diſtincti fuerunt, vt c. 1. 99. Diſtin. Termini Ciuitatū, ſimiliter in Gentilitate c. 1. 80. Diſtin. ac demum termini Parrochiarum limitati à Dioniſio Papa, & Martyre, Anno poſt Chriſtum, cclxvi. c. 1. vbi Archid. 13. q. 1. num. 3. & c. ſeq. cum glo. & c. paſtoralis, de iis quæ fiunt à præla.

1 Termini Prouinciarum, Epiſcopatuū & Parrocchiarum, limitati.

Et licèt hæc Quæſtio videatur decidi poſſe p ea quę ponit Bart. in l. quod conclaue, num. 5. ff. de dan. infec. dicens videri eſſe illius, in qua aditus domus exiſtit, & quòd ità tenuerunt Doct. per illam legem, & per. l. ſi cui ædes. ff. de leg. 3. & l. prædiis §. balneas, eo. tit. nihilominus in præſenti Quæſtione Diſting. Aut decimæ quæ ſolui ſolent, debentur propter rem, vt decimæ prædiales, cenſus, reſponſiones, canones, & ſimil quę in ſucceſſores tranſeunt cum ſua cauſa, & onere, vt per Damaſ. in Tract. de Broccad. in 2. memb. nu. 43. ſcilicèt onera cohærentia rei, vt ibi, & debentur illi priori Eccleſiæ cui prius debebātur, c. ſiquis laycus, 16. q. 1. etiam quòd ille qui ibidem permanebat, in aliam Parrocchiam tranſlatus eſſet: Aut illæ decimę, perſonales ſunt, propter perſonas habitantium debitę, & tunc (quia Parrocchia dicitur quaſi partitio curæ, c. Eccleſias, 13. q. 1. quæ cura in pluribus ſolet conſiſtere, vt homines diebus Feſtiuis ibidem Miſſam audiant Sacramenta percipiant, ſepelliantur, ac alias decimas perſonales præſtent, de quibus per glo. vbi Ant. But. in c. ad apoſtolicæ, num. 10. de decim. oblationesquè faciant,

Diſting.

Parrocchia, quaſi partitio curæ, & in pluribus ſolet conſiſtere.

ciant,& ſimil.vt de iis omnibus,etiã per Rom in Conſ.356.Circ. primum, nu. 3. per quæ dignoſcitur Parrocchialis Eccleſia, ab alia, Rebuff. in Tract. Nomina. 16.q. princ. nu. 7. & ſeq. (videtur dicendum quòd hæc omnia teneatur recipere Dominus domus illius Parrocchię, à qua hæc prius recipiebat, & ſub qua ſua domus antiqua antè emptionem prędictam degebat, quia ibidē dicitur ſuppoſitus ratione perſonæ, & domus antiquæ, ubi etiã aditus adeſt.d. l. ſi cui ædes, cum concord. quæ trahit ad ſe domum uicinam, ob publicum ornamentum.

Ad quod etiam facit, nàm Parrocchia ſubſiſtente cauſa poteſt etiam diuidi, minui, ac augeri, Archid. in.c.præcipimus,nu.4.16 q. 1. cum aliis per eum alleg. ſicut Epiſcopatus; & etiam uniri, Franc. Marc.cum ibi alleg.in Decis.Parlam.Delfi.in Quęſt.1122. nu. 14. ut etiam alia Eccleſia in.d. Parrocchia ædificari, ſi ob diſtantiam,ad eandem Parrocchiam commodè accedi non poſſit. c. ad audientiam, el primo,ubi Ant. de But. nu. 1. cum aliis ſcriben. de Eccleſ.ædifican. Bero.in.c.1.nu. 38. & ſeq. de reb. Eccleſ. non alien. Quæ diuiſio procedit, ſi tamen Rector illius Parrocchiæ etiam poſt diminutionē prædictam ſubſtētari poſſet, Archid. d. c. pręcipimus, & Ant. in.c. ad audien.nu. 10. per illũ tex. Si ergò ex dicta cauſa, Parrocchia ſic in plus damnificari poteſt,multò magis minui poterit in hoc caſu, ratione unius domus tantùm, ob dictum vrbis ornamentũ,de quo in variis locis dixi, ad quod Eccleſiæ, & Clerici etiam tenentur, vt in Bulla Sixti, & Leo. & ibi etiam dixi, maximè cum agatur inter æque fauorabiles, id eſt vt ſi uni Eccleſiæ domus una per Bullas auferatur, & eadem, alteri Eccleſiæ conceditur; undè Eccleſia Chriſti in vniuerſali non damnificatur, ac etiam quia eodem modo eadem Parrocchia hodiè ſic per illam domum diminuta, cras poterit in uim Bullarum aliam lucrari,ſi unus ex eadem Parrocchia aliam domum ſibi continguam ſub aliena Parrocchia exiſtentem, retrahat; adeò quòd uidetur procedere illa Reg. quòd ſi in uno hodie grauatur, in altero cras releuatur.

Parrocchia & Epiſcopatus,cum cauſa,diuidi,minui,augeri, & vniri poſſunt.

Facit etiam, nàm ſi domus uacua remaneret, ità ut ſi habitatores ſe ſubtrahant, per tranſlationem domicilii, vt quotidiè fit. d. c. ad apoſtolicæ, & Ant. de But. nu.2. de deci. tunc dicuntur à iuriſdictione Parrocchię ſe ſubtrahi, Archid. in. c. vbicunquè, nu. 5.13.q.2. ac quandoquè per aliquos dies, menſes, & annos, domus non habitantur,ex quo dicendum eſt quòd habitatores, et non domus,Parrocchiam faciunt, cum ſine habitatoribus deſinat

Trãslatio domicilii frequenter fit.

Habitatores domorum

Parrocchiā faciunt, ſinè quibus nomen Parrocchiæ nō eſt.

ſinat eſſe Parrocchia, ad not.in. l. ficut.ff. quod cuius. uniuers nom. iunctis iis quæ dicit Archid. & alii, in.c. licet canon. de electio.in.6.

Et hoc idem dicendum erit in altero caſu, ut ſi domus per lo ſitum ob Plateas, & vias publicas proiceretur, ut per Collect.in c. de multa, de præben. arg. c. paſtoralis.7.q. 1. Manſuet. uerò in tit.de Tall. & colle. §. item not. quod ſi aditus, dixit, ut refert Guil. Benedic.in.c.raynutius, in uer. Et honum, nu.9. de teſtam. quòd de cōſuetudin e ſeruatur, quòd illi Parrocchiæ ſolui debet, in qua parte domus, focum, & ignem tenet.

Conſulerem tamen, quòd emptor domus retractæ (ad ſe facilius exonerandum) concedat aliquid Eccleſiæ, pro elemoſina, ſub qua ipſa domus retracta degebat, iuxtà loci retracti condecentiam, & conuenientiam.

ET Ex iis, gratia Omnipotentis Dei, ſit pro nunc impoſitus finis huic Tractatui, & (in vrbe) quotidianæ Materiæ Iuris Protomiſeos, ſuper Literis Apoſtolicis, ac aliquibus, Stilum Mag.DD.Aedil. Curul. Magiſtrorum, ſeu Curatorum Viarum Vrbis concernentibus; Verùm quia adhùc Patriciis Romanis eiuſdem Magiſtratus etiam aſsideo, & omnium prædictorum Deciſiones (conſideratis variis caſuum qualitatibus, re ipſa, loco, tempore, perſonis, rationibus, circumſtantiis, aliiſquè conſiderationibus quæ ſolent Arbitrio Magiſtratus relinqui, ac per loci differentię uiſionem) intellectas, & receptas eſſe intendo, quia hæc ſolent quandoquè caſum diuerſificare, & deciſionem alterare, vt etiam dicit Afflict.in Tract.Iur.Protomis. §. ſi autem concurrat, nu.3. quod in illo Iure diuerſitas coniunctionis diuerſum producit effectum, ſicut uaria experimēta morborum cogunt nos ad diuerſa remedia, diuerſitaſquè corporis etiam diuerſitates animorum ſæpe inducit, ità diuerſitas coniunctionis ait, diuerſitatem Sententiæ in eo ſolet inducere, ſicut in hac Bullarum cognitione; ità, ut certa regula firmari non poteſt; ideo omnia Iudicio eiuſdem Magiſtratus, prædictis omnibus cōſideratis, ac diſcretioni ueræ, & communi relinquo; Aliaſquè etiam Quæſtiones Deo dante (quas nunc conſcribere nolui, dum in eodem Officio aſſiſto) forſàn in altera editione proponam. ET Si quid boni, dixi, Diuinæ Maieſtati tribuatur, ſi vero mali, (mihi homini) aſcribatur; benignæquè Doctiſſimorum

Diuerſitas caſuum, coniunctionis, cōtiguitatis, adhærentiæ, & aliarū conſiderationū, ac ex viſione locorum differentiæ, in hoc Iure, diuerſitatē ſententiæ inducere.

rum

rum correctioni me ſubiicio, quibus (pro nunc) ex zelo, fragãtique ſemper pluris addiſcendi cupiditate (quibus aggreſſus fui, et quæ me undique circundederunt) ſatisfeciſſe deſidero, ut in altero meo Tract. De Tempore Vtili, & continuo; ſub cuius cupiditatis clypeo, ac Lectorũ benignitate, me tutũ reddere, cupio.

LAVS DEO.

ERRORES PRINCIPALES, EX collatione Archetypi recogniti; cæteri Lectorum iudicio relinquuntur.

fol. 3. linea. 36. ibi, eò caſu: pro, eo caſu.
6. lin. vlt. ibi, diſtractionem, diſtrictionem.
8. in Apoſtil. ibi, pue, p opere.
12. lin. 1. ibi, in. § 2 in 3. Not. ſub num. 8. omnia hæc ſunt ſuperflua.
12 lin. 6. ibi, die penult. pro, die prima.
14. lin. 31. ibi, nu. 4. pro nu. 6
21. lin. 6. proncere, proicere.
21. lin. 26 In d. 3. not. in d. § 7. in 3. not.
22. lin. 27. Et ut antea, Et ut ea.
23. lin. 21. lacuunt, acuunt.
40 lin. 13. ſub nu. 9. in d nu. 3
43. lin. 25. nob, non.
44. lin. penult. igitur, tamen.
50. lin. 28. & 29. & in not. 4. ſub nu. 9. ſunt ſuperflua.
51. lin. 23. ſub nu. 3. nu. 5.
52 lin 27. de reſcrip. Adde eodem lib.
53. lin. 17. vt dixi in. § 2. in vlt. not ſunt ſuperflua.
54. lin. 2. adiectiuũ, ſubſtantiuũ.
55. lin. 16. & in. § 1 in 3. not. ſub nu. 8. ſunt ſuperflua
67. lin. 20. com. diuid. cum concordan. pro cõm. præd l. cõmuni diuidundo. §. neratius ff. com. diuid. cũ cõcordan.
fol. 74. lin. 27. ſub. nu. 3. ſub nu. 4.
79. lin 26. ineter, inter.
81. lin. 28. § 1. § 2
82. lin. 24. in c. de libel. in c. 1. de libel.
84. lin. 33. nu. 5. pro nu 6.
86. lin. 31. & dicã hoc eo not. ſub nu. ſeq. in fi. ſunt ſuperf.
87. lin. 17. ibi 74. 84.
88. lin. 4. in d. nu. 10. & aliis ut per, pro in d. l. nu. 10. & aliis caſibus ut per.
98. lin. 19. in. § 4. § 5.
100. lin. 14. & dicã etiam poſt. § fi. in Quæſt. 3. ſunt ſuperf.
113. lin. vlt. dum vno, dum de vno.
118. lin. 5. in nu. 8. in nu. 7.
128. lin. 9. & 10. in. § 4. incip. Et ne ob proteruiam in 3. not. num. 5. ſunt ſuperflua, Et ſimiliter in linea ſeq. ibi, & in d. § 7. in 2. not.
152. lin. 27. nu. 13. nu. 12.
158. lin. 6. in Quæſt. 16. ibi ædificum, ædificium.
164. lin. 33. nu. 87. num. 86.
168. in Rubr. Quæſtionis, in linea 3. ibi, domus, dominus.

REGISTRVM.

Præter Principii, ac Indicis Quader.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y.

Omnes ſunt Quaderni. excepto Y. duer.



ROMAE,

ANN. DN. M·D. LXV. MENSE IANVARII.

Sequuntur Facultates Magiſtratus Curatorum Viarum, Aedificiorumque Publicorum, & priuatorum Almæ Vrbis, iuxtà Pontificatus & temporis ordinem conſcriptæ, & annotatæ; cum omnes non reperiebantur impreſſæ; vnà cum eiuſdem Magiſtratus eiuſquè Officialium breui Deſcriptione, in Capitulis diſtinctæ, licèt eas ità tradiderim, vt de per ſe, ac etiam à præſenti Tractatu ſeparatæ, ad libitum ſtare poſſint.